CONVOLVULUS (*malabaricus*) foliis cordatis glabris, caule perenni villoso. *Linn. sp.* 221.

Convolvulus foliis cordatis acuminatis, caule arboreo scandente. *Roy. lugdb.* 429. n. 15.

Convolvulus malabaricus, floribus pilosis stellam habentibus variegatis. *Raj. hist.* 3. p. 376.

Convolvulus magnus, flore albo. *D. Kleinb.*

Kattu-kelengu. *Rheed. mal.* 11. p. 105. t. 51.

Habitat in Java & Malabara.

*Tab. 17. CONVOLVULUS (*mollis*)* foliis ovalibus pubescentibus nervosis, caule perenni volubili glabro, calycibus pilosis.

Convolvulus folio molli oblongo subtus albicante, oyet dictus *D. Kleinb.* malaice Rompot paket.

Habitat in Java.

Caul. volubilis teres glaber in quibusdam striatus. *Fol.* ovalia saepius cum acumine nitida, superficie superiori rubra inferiori ex albo-sericea, nervosa, (nervis plerumque duode-

P. 44.

T. 17.



CONVOLVULUS mollis.

PENTANDRIA MONOGYNIA. 45

eim parallelis). *Pedunc.* axillares subtriflori; petiolis breviores. *Cal.* pilosus albus brevissimus. *Cor.* tubus longitudine calycis contractus (quasi pedicellatus) limbus patens purpurascens externe ex albo pilosus. *Stam.* longitudine tubi. *Peric.* caps. calyce persistente inclusa, subrotunda lanuginosa dehiscens per maturitatem bifida. *Semina* quatuor hinc convexa inde angulata, propria membrana seu arilla inclusa.

CONVOLVULUS (*peltatus*) foliis peltatis, pedunculis multifloris. *Linn.* sp. 221.

Convolvulus laevis indicus major, *Rumph. amb.* 5. p. 423. t. 157.

Habitat in Amboina.

CONVOLVULUS (*Turpethum*) foliis cordatis angulatis, caule membra-

naceo quadrangulari, pedunculis multifloris. *Linn.* sp. 221. *Fl. zeyl.* 74.

Convolvulus indicus alatus maximus, foliis ibisco nonnihil similibus an-

gulosis. *Herm. lugdb.* 177. t. 178.

Convolvulus indicus, amplissimo subrotundo folio, caule alato Turbith-

Garziæ putatus. *Raj. hist.* 3. p. 373.

Turbith officinarum. Garziæ atque Acoſtæ. *Breyn. prodr.* 2. p. 101.

Turpethum repens, folio altheæ vel indicum. *Baub. pin.* 149.

Habitat in Zeylona.

CONVOLVULUS (*paniculatus*) foliis palmatis, lobis septem ovatis acutis

integerrimis, pedunculis paniculatis. *Linn.* sp. 223.

Convolvulus indicus, foliis in lacinias aliquot divisis, floribus amplissimis

in communi pediculo pluribus. *Raj. hist.* 3. p. 374.

Passeflora spuria bryonoides malabarensis, folio trifido & quinquefido. *Pluken.*

alm. 283.

Flos passionis spurius malabaricus, folio quinque fido, fructu rotando. *Breyn.*

prodr. 2. p. 65.

Pal-modecca. *Rheed. mal.* 11. p. 101. t. 49.

¶ *Convolvulus indicus maximus capreolatus tuberosus*, foliis profunde in-

cisis seu tripartitis. *Herm. mus. zeyl.* 63. *Burm. zeyl.* 72.

Modecca. *Rheed. mal.* 8. p. 39. t. 20.

Differunt tantum lobis foliorum trilobis et quinquelobis, quod sèpius in hocce genere lo-

cum habet. vid. *Pluken. l. c. Rheed. II.* p. 101. t. 49. *Raj. hist.* 3. p. 144.

CONVOLVULUS (*vitifolius*) foliis palmatis quinquelobis glabris denta-

tis, caule piloso. *Tab.* 18. *f. 1.*

Convolvulo similis Bryoniae albæ foliis villosis: ex India orientali. *Pluken.*

phyt. 115. t. 25. f. 3.

Convolvulus vitis folio javanicus. *D. Garzin.*

Ginda pura utan. Javanis:

46 PENTANDRIA MONOGYNIA.

Caul. volubilis villosus, *Fol.* petiolata palmata quinqueloba dentata plana, superficie inferiori ex albo pallida. *Pedunc.* axillares solitarii, longitudine petiolorum, pilosi bifidi; pedicellis erectis multidoris. *Cal.* pilosus. *Cor.* campanulata, magnitudine ut in taba depicta, coloris aurantii. *Stam.* fil. 5. brevia filiformia, anteb. sagittatae. *Pist.* germ. ovatum superium. *Style* filiformis. *Stigm.* duo globosa verrueosa.

Tab. 19. CONVOLVULUS (angularis) caule volubili, foliis cordatis quinquangularibus tomentosis, pedunculis trifloris.

Convolvulus folio anguloſo, pilis obducto, flore oblongo purpureo. D. Pryon.

Caul. lignosi volubiles pilosi. *Fol.* subſeffilia cordata quinquangularia, angulis obtusioribus, integerima, pilis ex rubro ſplendentibus ſcabra. *Pedunc.* axillares longitudine foliorum triflori aliquando uniflori. *Cal.* pilosus. *Cor.* campanulata, calyce triplo longior, aurantii coloris. Ao. 1757. D. v. Santen sub nomine boar-maffi ex Java misit specimen, ab hac non niſi magnitudine differens, foliis glabris petiolatis, corollis capitulis que ſeminalibus duplo majoribus.

CONVOLVULUS (verticillatus) foliis cordatis oblongis nudis, pedunculis umbellatis bifidis multifloris. Linn. fp. 220. ubi descr.

Convolvulus minor scandens, floribus pluribus alaribus, calycibus glabris, foliis oblongo-cordatis. Brown. jam. 153,

Convolvulus floribus faciculatim congestis. D. Pryon.

Quamoclit purpurea solanifolia minor. Plum. ic. 49. f. 2.

Habitat in India utraque.

Diftert planta javanica, fol. latioribus magis acuminatis, pedunc. longioribus, qui taro trifidi.

CONVOLVULUS (umbellatus) foliis cordatis, pedunculis umbellatis, caule volubili. Linn. fp. 221.

Convolvulus americanus vulgaris folio, capsulis triquetris numerosis. Plukn. alm. 114. t. 167. f. 1.

Convolvulus luteus polyanthos. Plum. amer. 88. t. 102. ic. t. 89. f. 2.

Convolvulus polyanthos, folio subrotundo, flore luteo. Sloan. jam. 52.

Convolvulus folio lato, flore luteo. D. Pryon.

Crescit in utraque India.

Javanica planta melius convenit cum Plum. quam Plukn. figura: *Fol.* cordata profunde incisa cum acumine. *Pedunc.* in aliis axillares in aliis speciminibus terminales secundi, floribus erectiusculis.

Tab. 21. CONVOLVULUS (gemellus) caule volubili, foliis cordatis glabris, pedunculis bifloris.

Convolvulus folio nigricante acuminato, flore luteo. D. Kleinb.


Habitat in Java, unde plura ejusdem formae specimina absque floribus transmisſa fuere.

Caul.



1. *CONVOLVULUS vitifolius.*

2. *IPOMŒA sagittifolia.*



1. *HELIOTROPIUM pericum*
2. *CONVOLVULUS angularis*.
3. —————— *sericeus*.
4. —————— *opacus*.

PENTANDRIA MONOGYNIA. 47

Caul. volubiles glaberrimi simplicissimi. *Fol.* cordata acuminata integerrima glaberrima. *Pedunc.* axillares solitarii, foliis longiores biflori. *Cal.* obtusiusculus. *Cor.* albicans. Varietatem a D. Kleinbof accepimus foliis latioribus, floribus luteis.

CONVOLVULUS (*biflorus*) foliis cordatis pubescentibus, pedunculis geminis, corollis lobis trifidis. *Linn. sp.* 1668. ubi descr.
Habitat in China.

CONVOLVULUS (*uniflorus*) caule volubili, foliis lanceolatis, pedunculis unifloris, bracteis duabus ovatis. *Tab. 211 f. 2.*

Convolvulus folio oblongo, semine inter foliola duo hirsuta abscondito. *D. Piron.*

Habitat in Java.

Fol. vix petiolata lineari-lanceolata. *Pedunc.* breves uniflori. *Bracteæ* ovatae. Hujus alter uniflorus inter javanicas enumeratur foliis petiolatis cordatis obtusis, pedunc. axillaribus unifloris, foliis longioribus, bracteis duabus ovatis, multumque cum *Convolvulo scutolo* convenire videtur.

CONVOLVULUS (*sericeus*) caule procumbente villoso, foliis inferioribus lanceolatis superioribus ovatis, calycibus villosis. *Tab. 191 f. 3.*

Convolvulus persicus argenteus. *Garzin. herb.*

Habitat in Persia.

Planta tomento ex ferrugineo splendente obducta ferici instar. *Caul.* lignosi villoso. *Fol.* alterna subsessilia, inferiora lanceolata, superiora ovata, tomentosa repanda. *Pedunc.* axillares alterni solitarii uniflori, longitudine foliorum cum calycibus villosi. *Cor.* alba,

CONVOLVULUS (*spinofus*) caule erecto suffruticoso, apice spinoso, foliis ellipticis, floribus solitariis. *Tab. 192 f. 4.*

Convolvulus persicus spinosus frutescens. *Garzin. herb.*

Habitat in Persia.

Fruticis facies nitida, *Ramulis* plurimis sparsis, apice spinosis. *Spinae* simplices obliquæ. *Stipula* minima ad spinarum & pedunculi exortum. *Pedunc.* terminales subalterni solitarii patentes uniflori infra calycem inflexi, ubi *Bracteæ* binæ lanceolatae minimæ. *Cal.* erectus ovatus glaberrimus. *Cor.* tubo brevi, limbo campanulato.

CONVOLVULUS (*repens*) foliis sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunculis unifloris. *Linn. sp.* 225.

Convolvulus folio sagittato, flore rubescente, malaice Daui cancon. *D. Piron.*

Convolvulus marinus catharticus, foliis acetosæ, flore niveo. *Plum. amer.* 89. t. 105. cum qua Javanica optime quadrat.

Ballei. *Rheed. mal.* 11. p. 107. t. 52.

Crescit in utraque India.

CON-

48 PENTANDRIA MONOGYNYA.

CONVOLVULUS (*reptans*) foliis hastato-lanceolatis, auriculis rotundatis, pedunculis subbifloris. *Linn. sp. 225.* ubi descr.

Convolvulus zeylanicus, folio sagittato. *Burm. zeyl. 73.*

Olus vagum. *Rumph. amb. 5. p. 419. t. 155. f. 1.*

Habitat in Zeylona & Amboina.

CONVOLVULUS (*hirtus*) foliis cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunculis multifloris. *Linn. sp. 226* ubi descr.

Convolvulus foliis cordato-hastatis glabris acuminatis angustis, rotundatis, caule petiolisque pilosis. *Roy. lugdb. 429: n. 14.* *Linn. H. cliff. 496.*

Habitat in India.

CONVOLVULUS (*pes caprae*) foliis bilobis, pedunculis unifloris. *Linn. sp. 226.* *Fl. zeyl. 75.* *Roy. lugdb. 428. n. 8.*

Convolvulus maritimus, seu soldanella e maderaspantan, folio in summitate sinuato. *Pluken. phyt. 114. t. 24. f. 4.* *Raj. bist. 3. p. 371.*

Convolvulus maritimus zeylanicus, folio crasso cordiformi. *Herm. lugdb. 174. t. 175.* *Burm. zeyl. 71.*

Convolvulus marinus. *Rumph. amb. 5. p. 433. t. 159. f. 1.*

Convolvulus javanicus maritimus, folio cordiformi, campoga laut. dictus. *D. Kleinhof.*

Schovanna adamboe. *Rheed. mal. 11. p. 117. t. 57.*

Habitat in variis Indiæ plagiis et ad littora.

Tab. 20. CONVOLVULUS (*nervosus*) foliis cordatis nervosis, subtus tomentosis, pedunculis umbellatis multifloris.

Convolvulus major, folio subrotundo, flore amplio purpureo. *Sloan. bist. jam. 1. p. 154. t. 98. f. 1.*

Convolvulus latifolius, foliis subtus albis lanuginosis, supra saturate viridibus; *Soychi incolis dictus*. *D. Outgaerden.*

Habitat Coromandeli.

Planta tomento albo obducta. *Fol.* *cordata* *integerrima* *acuminata*, superficie superiore nigra, inferiore ex sericeo albicante, tomentosa palmaria nervosa, nervis plurimque viginti parallelis alternis cum cotta protuberantibus, ad marginem evanescens. *Petiol.* *angulati* *striati*, usque ad folii expansionem incrassati, tomentosi. *Flores*-*centia* *capitulum*. *Pedunc.* foliis duplo longiores tomentosi umbellati; *Pedicellis* brevissimis. *Cal.* *tubus* *longitudine* *pedicellarum*, *lacinias* *ovatis* *cum* *acumine* *villois*, *Cor.* magna purpurea extus sericea, tubo longitudine calycis.

IPOMOEA (*Quamoclit*) foliis pinnatifidis linearibus, floribus subsolitariis.

Linn. sp. 227. *Fl. zeyl. 77.* *Roy. lugdb. 430. n. 3.* *Mill. dict. t. 214.*

Convolvulus pennatus *exoticus rarer*. *Col. aquat. 73. t. 72.* *Moris. bist. 2. p. 18. f. 1. t. 4. f. 7.*

Con.



1. *CONVOLVULUS nervosus*.
2. *IPOMOEA hepatifolia*.

PENTANDRIA MONOGYNYA. 49

Convolvulus exoticus annuus myriophylli foliis, flore sanguineo. *Plukn. alm.* 117.

Quamoclit foliis tenuiter incisis et multifidis. *Tourn. inst.* 176. *Burm. zeyl.* 197. *Mill. icon.* f. 214.

Quamoclit sive Jasminum americanum. *Cluf. posth.* 9.

Flos cardinalis. *Rumph. amb.* 5. p. 421. t. 155. f. 2.

Jasminum millefolii folio. *Baub. pin.* 398.

Tsiura-cranti. *Rheed. mal.* 11. p. 123. t. 60. malaice Rikes.

Crescit in plurimis Indiæ locis, & colitur in hortis.

IPOMAEA (coccinea) foliis cordatis acuminatis basi angulatis, pedunculis multifloris. *Linn. sp.* 228. *Roy. lugdb.* 429. n. 1.

Quamoclit americana, folio hederæ, flore coccineo. *Commel. rar.* 21. t. 21.

Convolvulus coccineus, folio anguloſo. *Plum. amer.* 89. t. 103. *Raj. suppl.* 380.

Pucta rava malaice.

Habitat in utraque India.

IPOMAEA (campanulata) foliis cordatis, pedunculis multifloris, perianthio exteriori orbiculari, corollis campanulatis lobatis. *Linn. sp.* 228.

Convolvulus maritimus zeylanicus et javanicus. *herb. Garzin.*

Convolvulus malabaricus, flore maximo purpurascente. *Raj. hist.* 3. p. 377.

Adamboe. *Rheed. mal.* 11. p. 115. t. 56.

Habitat in malabara.

IPOMOEA (bona nox.) foliis cordatis acutis integerrimis, caule aculeato, floribus ternis, corollis indivisis. *Linn. sp.* 228. ubi deser.

Convolvulus maximus, caule spinulis obtusis obsito, *Sloan. hist. jam.* 1. p. 151. t. 96. f. 1.

Convolvulus americanus, subrotundis foliis, viticulis spinosis. *Plukn. alm.* 115. t. 276. f. 8.

Ipomæa silvestris, foliis et floribus amplissimis, tubis florum subteretibus. *Brown. jam.* 155.

Munda-valli. *Rheed. mal.* 11. p. 103. t. 50. *Raj. hist.* 3. p. 375.

Habitat in India utraque.

Javanicae Caules glabri absque spinis, foliis minoribus magis acuminatis.

IPOMAEA (solariifolia) foliis cordatis acutis integerrimis, floribus solitariis. *Linn. sp.* 229. *Roy. lugdb.* 430. n. 2.

Convolvulus folio cordato glabro. *D. Ptryon.*

Quamoclit solanifolio, flore roseo. *Plum. sp.* 3. ic. 94. f. 1.

Crescit in utraque India.

50 PENTANDRIA MONOGYNIA.

Tab. 20. IPOMOEA (hepaticæfolia) foliis trilobis aggregatis. Linn. sp. 230. Fl. f. 2. zeyl. 79.

Convolvulus indicus villosus, Hederæ folio tripartito, flore cæruleo.
Herm. lugdb. 182.

Convolvulus zeylanicus hirsutus, folio Hepaticæ trilobatæ, floribus plurimis in capitulo junctis. Burm. zeyl. 73. Herm. prodr. 327. Ray. hist. 3. p. 872.

Convolvulus hirsutus, folio tripartito. D. Pryon.

Habitat in zeylona et Java.

IPOMAEA (tannifolia) foliis cordatis acuminatis pilosis, floribus aggregatis. Linn. sp. 230.

Volubilis carolinensis, Tamni folio subhirsuto. Dill. eltb. 428. t. 318. f. 410.

Convolvulus hirsutus, folio cordiformi. D. Pryon.

Habitat in utraque India.

IPOMAEA (pes tigridis) foliis palmatis, floribus aggregatis. Linn. sp. 230.
Fl. zeyl. 79.

Convolvulus zeylanicus villosus platyphyllos et heptaphyllos minor, Pes tigrinus. Herm. lugdb. 187; atl. Bonon. 11. p. 2. p. 362. t. 23. f. 2.

Volubilis zeylanica, Pes tigrinus dicta. Dill. eltb. 419. t. 318. f. 411.

Convolvulus zeylanicus hirsutus, foliis Pedis tigridis in modum sive in quinque profundas lucinias divisis. Burm. zeyl. 70.

Pullu schovadi. Rheed. mal. 11. p. 121. t. 59.

Habitat in variis Indiæ locis, frequens in hortis.

Jayanica setis albicantibus rugosa, persica vero glaberrima.

Tab. 21. IPOMOEA (paniculata) caule volubili, foliis ovatis acuminatis, pedunculis paniculatis.

Convolvulus semine coriandri, Oyot-kitsjil dictus. D. Kleinhof.

Oyot folio rugoso, fructu trigono. D. Kleinhof, quæ differt foliis cordatis obtusis rugosis.

Habitat in Java.

Caul. volubiles. Fol. ovata cum acumine aristato glaberrima, petiolis tenuissimis. Pedunc. incrassati, pedicellis subumbellatis.


Tab. 22. IPOMAEA (sagittæfolia) foliis hastatis, pedunculis bifloris.

Convolvulus javanicus. Garzin. herb.

Habitat in Java.

Caul. in nostro specimine tenerrimi albantes volubiles. Fol. hastato-sagittata lobis acuminatis, superiori lanceolato longissimo, glaberrima lucida. Pedunc. incrassati biflori, pedicellis corolla brevioribus. Cor. lutea, tubo pollicari, limbo brevissimo planiusculo.

NAU-



1. *CONVOLVULUS genellus*.
2. *Ipomoea uniflorus*.
3. *Ipomoea paniculata*.

PENTANDRIA MONOGYNYIA. 51

NAUCLEA (*orientalis*). Linn. sp. 243.

Cephalanthus foliis oppositis. Linn. Fl. zeyl. 53. sp. pl. 1. p. 95.

Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore. Vaill. atl. 1722. p. 259.

Arbor indica, fructu aggregato globoso. Raj. bift. 1441.

Bancalus. Rumph. amb. 3. p. 184. t. 55.

Katu-tsiaka. Rheed. mal. 3. p. 29. t. 33.

Habitat in India.

RONDELETIA (*asiatica*) foliis petiolatis oblongis acutis. Linn. sp. 244.

Fl. zeyl. 80.

Frutex indicus baccifer, floribus umbellatis, fructu rotundo polysperme.

Raj. bift. 1494.

Cupi. Rheed. mal. 2. p. 37. t. 23.

Caraknasi Foela Aros. Javanis.

Habitat in Malabara & Zeylona.

VALLARIS (*pergulanus*).

Flos pergulanus, Pele Tsjedangan. Rumph. 5. l. 7. c. 28. p. 51.

Carack Nassi malaice javanis.

Habitat in Java.

Frutex, cuius florendi modus multum cum Rumph. f. 2. t. 29. tom. 5. convenit, licet maior. Fol. oppofita petiolata ovata integerrima laevia. Pedunculi alterni dichotomi. Florescentia umbellaris. Cal. perianth. quinque partitum parvum, foliolis linearibus acutis. Cor. monopetala hypocrateriformis, tubus cylindricus vix calyce longior, limbus planus rotatus lobis quinque ovatis. Stam. filaments quinque subulata tubum terminantia, anthers sagittatae cum vesicula a tergo. Pift. germ. ovatum. Stylus cylindricus longitudine statim. Stigma crassifolium obtusum.

SAMOLUS (*asiaticus*). Linn. sp. 243.

Samolus africanus, folio rotundiore. Walib. hort. 162. t. 23.

Habitat in Asia, Africa, Europa.

PORANA (*volubilis*).

Frutex volubilis silvestris, flore albo racemoso. D. Kleinb.

Habitat in Java.

Frutex caule glabro. Folia alterna petiolata cordata integerrima acuminata laevia. Florescentia terminalis. Panícula magna patula. Cal. perianth. pentaphyllum, foliolis oblongis obtusis corolla diadadio brevioribus. Cor. monopetala campanulata semiquinquefida, laciniis ovatis aequalibus. Stam. filam. quinque capillaria, longitudine corollae. Anths. subrotundæ. Pift. germe subrotundum. Stylus capillaris semibifidus, longitudine corollæ. Stigmata capitata.

PSYCHOTRIA (*asiatica*) stipulis etmarginatis, foliis lanceolato-ovatis.

Linn. sp. 245.

Psychotrophum fruticosum, foliis amplioribus ovatis, stipulis rigidis interpositis. Brown. jam. 160. t. 17. f. 2.

Habitat in India orientali & Jamaica.

52. PENTANDRIA MONOGYNYIA.

PSYCHOTRIA (*herbacea*) caule repente, foliis cordatis petiolatis. Linn.
sp. 245.

Psychotrophum herbaceum repens sylvaticum, foliis subrotundo-cordatis oppositis, floribus paucioribus alaribus, laciniis corollæ erecto patentibus. Brown. jam. 161.

Jasminum inodorum repens, violæ foliis, fructu puniceo. Barr. æqu. 63. Violæ folio, baccifera repens, flore albo pentaphyllode, fructu rubro dispermo. Sloan. hist. jav. 1. p. 243.

Violæ folio, centaurei minoris flôre candido, baccifera, dipyræna. Raj. bijl. 3. p. 358.

Pyrolæ affinis malabarica, foliis subrotundis baccas ferens. Plukn. a. malib. 179.

Periclymeno accedens planta Indiæ, foliis periclymeni rotundioribus, fructu bipyroeno. Moris. hist. 3. p. 535.

Karinta-kali. Rheed. mal. 10. p. 41. t. 21.

Habitat in Indiæ utriusque umbrosis roridis.

COFFÆA (*arabica*) floribus quinquefidis dispersis. Linn. sp. 245. Roy. lugdb. 259. Linn. amoen. 6. ubi elegans icon & descriptio.

Jasminum arabicum, lauri folio, cuius semen apud nos coffe dicitur. Juss. att. 1713. p. 388. t. 7.

Jasminum arabicum Castaneæ folio, flôre albo odoratissimo. Till. pif. 87. t. 32.

Euonymo affinis ægyptica, fructu baccis lauri simili. Bauh. pin. 498. Bon. alp. ægypt. 36. t. 36. Plukn. alm. 69. t. 272. f. 1.

Crescit in utraque India, Æthiopia, & Arabia felici.

β Coffy laut Javanis. D. Kleinhof.

Hæc silvestris, cuius Folia tantum recepimus, differt foliis obtusioribus sesqui-majoribus nec acuminatis, reperiturque tantum in insulis.

MORINDA (*umbellata*) erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis com fertis. Linn. sp. 250. Fl. zeyl. 81.

Bancodus angustifolia. Rumph. umb. 3. p. 157. t. 98.

Habitat in India.

MORINDA (*citrifolia*) arborea, pedunculis solitariis. Linn. sp. 250. Fl. zeyl. 82.


Morinda malabarica amplissimo citri folio. Vaill. att. paris. 1722. p. 202.

Bancodus latifolia. Rumph. amb. 3. p. 158. t. 99.

Arbor conifera, mecondri Javanensium. Bont. jav. p. 97.

Coda-pilava. Rheed. mal. 1. p. 97. t. 52.

Habitat in India.



PENTANDRIA MONOGYNIA. 53.

MUSSAENDA (*frondosa*) *Linn.* sp. 251. *Fl. zeyl.* 84.
Mussenda zeylanica, flore rubro, folio ex floribus thyrsos prodeunte albo.
Burm. zeyl. 165. t. 76.
 Folium principis. *Rumph. amb.* 4. p. 111. t. 51.
Arbor indica, floribus in fasciculos dispositis, e quorum medio emergit folium singulare flavum. *D. Prayon.*
Belilla. Rheed. mal. 2. p. 27. t. 18.
 Habitat in India.

MIRABILIS (*jalapa*) floribus congestis terminalibus erectis. *Linn.* sp. 252.
Fl. zeyl. 85.
 Nyctagine. *Roy. lugdb.* 417.
Jalappa flore parvo. *Tourn. inst.* 130. *Burm. zeyl.* 124.
Mirabilis marvolijo boniae waetū kitesjil. *Rumph. amb.* 5. p. 253. t. 82.
Admirabilis peruviana, flore albo. *Clus. rar. bist.* 5. p. 87. t. 89.
Solanum mexicanum, flore magno. *Bauh. pin.* 168.
 Crescit in utraque India.

MIRABILIS (*dichotoma*) floribus sessilibus axillaribus erectis solitariis.
Linn. sp. 252.
Admirabilis peruviana, jasmini rosa. *Clus. bist.* 2. p. 90. f. 90.
Jalappa officinarum. *Mart. cent.* 1. t. 1.
 Habitat in Indiis.

DATURA (*ferox*) pericarpis spinosis erectis ovatis, spinis supremis maximis convergentibus. *Linn. sp. 255.*
Datura cocchinensis spinosissima. *Zanon. bist.* 1. p. 76.
Stramonium sive *datura ferox*, pomis crassioribus, aculeis robustioribus.
Herm. lugdb. 583. *Moris. bist.* 3. p. 607. f. 15. t. 2. f. 4.
 Habitat in China.

DATURA (*metel*) pericarpis spinosis nutantibus globosis, foliis cordatis subintegris pubescentibus. *Linn. sp. 256.* *Fl. zeyl.* 86. *Roy. lugdb.* 422.
Datura alba. *Rumph. amb.* 5. p. 242. t. 87.
Stramonium zeylanicum. *Burm. zeyl.* 221.
Solanum pomo spinoso rotundo, flore violaceo simplici. *Tourn. inst.* 113.
Solanum pomo spinoso rotundo, longo flore. *Bauh. pin.* 168.
Hummatu. Rheed. mal. 2. p. 47. t. 28.
 Habitat in India & Africa.

DATURA (*festuosa*) pericarpis tuberculatis nutantibus globosis, foliis lœvibus. *Linn. sp. 256.*

Datura rubra. *Rumph. amb.* 5. p. 242. t. 87. f. 2.

54 PENTANDRIA MONOGYNIA.

Datura flore purpureo duplicito. *D. Kleinhof.*

Solanum fætidum, fructu spinoso rotundo, semine pallido. *Baub. pin.* 168.

Nux metella. *Cam. epit.* 175.

Habitat in India & Ægypto.

Varietatem hujus ex seminibus javanicis Ao. 1763. habuimus, caule obtusangulo purpurascente maculis nigris. Fol. lato-rubris glaberrimis verrucosis sursum deliquium patientibus. Corolla flava, pericarpis nutantibus globosis, aculeis brevibus tuberculatis.

NICOTIANA (*fruticosa*) foliis lanceolatis subpetiolatis amplexicaulibus, floribus acutis, caule fruticoso. *Linn. sp.* 258.

Nicotiana foliis linear-lanceolatis acuminatis semiamplexicaulibus, caule fruticoso. *Mill. icon.* 184. f. 1.

Nicotiana. *Burm. zeyl.* 169.

Nicotiana major sive tabacum majus. *D. Pryon.*

Crescit in Jawa, China & ad Caput B. Spec.

Javaica specimina differentia foliis omnibus ovato-lanceolatis, in quibusdam petiolatis, nequitam amplexicaulibus nec decurrentibus, panicula laxa.

PHYSALIS (*flexuosa*) caule fruticoso, ramis flexuosis, floribus confertis.

Linn. sp. 261. ubi descr.

Baccifera indica, floribus ad foliorum exortum, fructu sulcato decapyreno.

Raj. hist. 1332.

Alkekengi somniferum, cydoniae folio, flore & fructu rubris. *Burm. zeyl.* 10.

Peevetti. *Rheed. mal.* 4. p. 113. t. 55.

Habitat in India.

PHYSALIS (*angulata*) ramosissima, ramis angulatis glabris, foliis ovatis dentatis. *Linn. sp.* 262. *Fl. zeyl.* 97. *Roy. lugdb.* 427.

Solanum vesicarium indicum erectum, folio laevi, annum. *Moris. hist.* 3. f. 13. t. 3. f. 22.

Halicacabum sive solanum indicum. *Baub. pin.* 166. *Camer. bort.* 70. t. 17.

Alkekengi indicum glabrum capsici folio. *Dill. eltb.* 12. t. 11. f. 11.

Burm. zeyl. 10.

Habitat in utraque India.

PHYSALIS (*minima*) ramosissima, pedunculis fructiferis, folio villoso longioribus. *Linn. sp.* 263. *Roy. lugdb.* 427.

Solanum vesicarium indicum minimum. *Herm. lugdb.* 569. t. 571.

Alkekengi indicum minimum, fructu virescente. *Tourn. inst.* 151. *Burm. zeyl.* 11.

Solanum vesicarium zeylanicum minimum. *Amin. H. Bojan.* 33.

Pee-nota-inodien. *Rheed. mal.* 10. p. 140. t. 71.

Crescit in incultis Malabaricæ & Zeylonæ locis.

PHY-

PENTANDRIA MONOGYNIA. 55

PHYSALIS (*pubescens*) ramosissima, foliis villosō-viscosis, floribus pendulis. *Linn.* sp. 262. ubi deser.

Alkekengi virginianum, fructu luteo. *Fewill. peruv.* 3. p. 5. t. 1.

Solanum vesicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoso. *Moris. hist.* 3. p. 527. f. 13. t. 3. f. 24.

Inota-inodien. *Rheed. mal.* 10. p. 139. t. 70. *Raj. hist.* 3. p. 358.

Habitat in India utraque & Virginia.

PHYSALIS (*pruinosa*) ramosissima, foliis villosis, pedunculis strictis. *Linn. sp.* 263.

Alkekengi indicum glabrum chenopodii folio. *Dill. elib.* 12. t. 12. f. 12.

Habitat in Indiis.

SOLANUM (*verbascifolium*) caule inermi fruticoso, foliis ovatis tomentosis integerimis, umbellis compositis. *Linn. sp.* 263.

Solanum maxime tomentosum, spinis carens, virginianum. *Pluken. alm.* 351. t. 316. f. 1.

Solanum arborescens verbasci folio. *Plum. spec.* 4.

Habitat in utraque India.

Ramulum hujuscē plantæ Ao. 1759. ex Java accepimus optimè cum *Linnæi* descriptione & *Plukenetii* figura convenientem. Rami lignosi teretes striati, crassitie pennæ cygninæ, scabri medulloſi. Fol. ovata paluaria integerima cinereo-tomentosa. Pedunc. striati, Cal. tomentosæ albicantes.

SOLANUM (*guineense*) caule inermi fruticoso, foliis ovatis integerimis, pedunculis lateralibus filiformibus. *Linn. sp.* 263. *Roy. lugdb.* 424. n. 7.

Habitat in India utraque.

SOLANUM (*Lycopersicum*) caule inermi herbaceo, foliis pinnatis incisis, racemis simplicibus. *Linn. sp.* 265. *Roy. lugdb.* 423. n. 2.

Solanum pomiferum, fructu rotundo striato molli. *Baub. pin.* 167. *Moris. hist.* 3. p. 521. f. 13. t. 1. f. 7.

Lycopersicon fructu cerasi rubro. *Tourn. inst.* 150.

Pomum amoris. *Rumph.* 5. p. 410. t. 154. f. 1.

Solanum hirundinariæ folio, malaice Trong Bali. *D. Pryon.*

Habitat in utraque India.

SOLANUM (*nigrum*) caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angustatis, umbellis nutantibus. *Linn. sp.* 266. *Roy. lugdb.* 423. n. 3.

Solanum officinarum. *Baub. pin.* 166.

Nelen-tsjunda. *Rheed. mal.* 10. p. 105. t. 73.

Ubique terrarum licet crescat hoc nigrum; mire tamen variat; illudque ex Indiis allatum saepe ludit foliis ovatis integerimis, atque repandis, cuius varietates apud *Dillen.* in *H. eli.* 366. t. 274 & 275. videri possunt.

56 PENTANDRIA MONOGYNTA.

SOLANUM (*Melongena*) caule inermi herbaceo, foliis ovatis tomentosis integris, calycibus aculeatis, fructu pendulo. *Linn. sp. 266. Fl. zeyl. 93. Roy. lugdb. 426. n. 47.*

Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Baub. pin. 167.*

Solanum fructu ovi gallinacei forma & magnitudine. Javanice Trong copack. D. Pryon.

Melongena fructu oblongo. Tourn. inst. 152. Burm. zeyl. 157.

Trongum hortense. Rumph. amb. 5. p. 238. t. 85.

Nila barudena. Rheed. mal. 10. p. 147. t. 74.

Diffrerit fructu & foliatura, amat loca humida, crescit in Asia, Africa, America.

SOLANUM (*ferox*) caule aculeato herbaceo, foliis cordatis angulatis tomentosis aculeatis, baccis hirtis, calyce obtectis. *Linn. sp. 267. ubi descr.*

Solanum spinosum pomiferum, foliis cardui sive acanthi spinosis. *D. Pryon. Ana. schunda. Rheed. mal. 2. p. 65. t. 35.*

Habitat in Malabarria, Java.

SOLANUM (*mammosum*) caule aculeato herbaceo, foliis cordatis angulato-lobatis utrinque villosis aculeatis. *Linn. sp. 267.*

Solanum barbadense spinosum annum, fructu aureo rotundiore pyri parvi inversi forma & magnitudine. Pluken. alm. 359. t. 226. f. 1. Merian. Surin. 27. t. 27.

Solanum indicum spinosum maximum villosum totum, fructibus croceis. Herm. mus. zeyl. 25. Burm. zeyl. 218.

Solanum pomiferum spinosum, foliis maximis angulosis lanuginosiss. Raj. bijb. 3. p. 353.

Habitat in utraque India.

SOLANUM (*indicum*) caule aculeato fruticoso, foliis cuneiformibus angulatis subvillosis integrerrimis, aculeis utrinque rectis. *Linn. sp. 268. Fl. zeyl. 94. Roy. lugdb. 424. p. 10.*

Solanum indicum spinosum, flore Borraginis. Dill. eth. 362. t. 270. f. 349.

Solanum frutescens villosum, foliis undulatis mollibus subitus incanis, spinis fluorescentibus armatum. Burm zeyl. 220. t. 102.

Solanum indicum frutescens spinosum, borraginis flore, fructu croceo rotundo minimo. Herm. mus. zeyl. 65. & herb.

Solanum indicum spinosum, fructibus croceis malaice Trong utan. D. Pryon.

Scheru. schunda. Rheed. mal. 2. p. 67. t. 36.

Solanum incanum chinense minus spinosum, floribus parvis fere umbellatis. Pluken. phyt. 351. t. 62, f. 1.

Habitat in utraque India.



1. *SOLANUM* *guineense*.
 2. — *trilobatum*.
 3. + *trifoliation*.

PENTANDRIA MONOGYNYA. 57

SOLANUM (*Jurattense*) caule aculeato herbaceo, foliis oblongis pinnati-fido-laciñatiis utrinque spinis flavescentibus.

Solanum americanum laciniatum spinosissimum. Dill. eth. 360. t. 267. f. 346.

Solanum arnum nigricans virginianum spinosissimum late se spargens, flore cæruleo glabrum. Plukn. phyt. 351. t. 62. f. 3.

~~Planta~~ *spinosissima virginiana* Borraginis flore. Raj. hist. 674. & app. 1876.

Bina hujus specimina in insula Zuratta collegit D. Garzin., quorum alterum optime cum citatis figuris convenit, alterum differt foliatura minori, spinis rarioribus brevioribus, quadratque cum Plukn. figura 6. *Solanum americanum perenne subincanum*, fructu pyriformi longiore, spinis plurimis armatum.

SOLANUM (*Sodomæum*) caule aculeato fruticoso, foliis obovatis pinna-tifido-sinuatis obtusis sparse aculeatis nudis, calycibus aculeatis. Linn. sp. 268. Fl. zeyl. 95. Roy. lugdb. 424. n. 8.

Solanum spinosum, profunde laciniatis foliis subtus tomentosis. Plukn. aln. 351. t. 316 f. 4.

Solanum pomiferum frutescens africanum spinosum nigricans, Borraginis flore, foliis profunde laciniatis. Herm. lugdb. 573. t. 575. Moris. hist. 3. p. 521. f. 13 t. 1. f. 15.

Solanum indicum, pomum de hiericho dictum, Borraginis flore, foliis profunde laciniatis. Burm. zeyl. 219.

Habitat in Zeylona & Africa.

SOLANUM (*trilobatum*) caule aculeato fruticoso, foliis cuneiformibus Tab. 22; subtrilobis glabris obtusis inermibus. Linn. sp. 270. ubi descr. f. 2.

Solanum spinosum jamaicense glabrum, foliis parvis minus profunde la-ciniatis. Plukn. aln. 351. t. 316. f. 5.

Solanum frutescens, foliis undulatis, spinis flavescentibus armatis, fructu rubro rotundo. D. Pryn, a quo sèpius ex Java missum.

Habitat in utraque India.

SOLANUM (*trifoliatum*) caule aculeato fruticoso, foliis ternatis ovatis Tab. 22; integerrimis. f. 3.

Habitat in Coromandel. D. Outgaerden.

Caul. lignosi glaberrimi, spinis incurvatis rarioribus. Fol. alterna petiolata ternata ovata glaberrima nuda.

CAPSICUM (*annuum*) caule herbaceo, pedunculis solitariis. Linn. sp. 270. Fl. zeyl. 92. Roy. lugdb. 426. n. 1.

Capsicum siliquis longis propendentibus. Tourn. inf. 152. t. 66.

Piper indicum vulgatissimum. Baub. pin 102.

58 PENTANDRIA MONOGYNYA.

Piper hispanicum siliquosum rotundis siliquis. *D. Prion.*

Capo-molago. *Rheed. mal.* 2. p. 109. t. 56.

Habitat in utraque India.

CAPSICUM (*frutescens*) caule fruticoso, pedunculis geminis. *Linn.*
sp. 271.

Capsicum frutescens. *Linn. H. cliff.* 59.

Capsicum indicum. *Rumph. amb.* 5. p. 247. t. 88. f. 1. 3-4. *Burm. zeyl.* 53.

Vallia-capo-molago. *Rheed. mal.* 9. p. 65. t. 35.

Habitat in Indiis.

STRYCHNOS (*nux vomica*) foliis ovatis, caule inermi. *Linn. sp.* 271.
Fl. zeyl. 91.

Strychnos foliis quinque nerviis. *Wacch. ultr.* 32.

Solanum arboreum indicum maximum, foliis oenopliae seu Napeæ majoris, fructu rotundo duro rubro, semine orbiculari compresso maximo. *Breyn prodr.* 2. p. 97.

Nux vomica officinarum. *Baub. pin.* 511. *Raj. hist.* 1814. *Burm. zeyl.* 171.

Colubrini ligni tertii genus in malabar. *Baub. pin.* 301.

Caniram. *Rheed. mal.* 1. p. 67. t. 37.

Habitat in India.

STRYCHNOS (*colubrina*) foliis ovatis acutis, cirrhis simplicibus. *Linn.*
sp. 271.

Strychnos foliis trinerviis ovatis binatis. *Wacch. ultr.* 32.

Clematis indica spinosa, foliis luteis. *Baub. pin.* 301.

Fructus orbicularis major fuscus striatus. *Baub. pin.* 403.

Solanum arborescens indicum, foliis Napeæ majoribus magis mucronatis, fructu rotundo duro. *Breyn. prodr.* 2. p. 98.

Modira-caniram. *Rheed. mal.* 8. p. 47. t. 24. *Raj. hist.* 1661.

Habitat in India.

CHIRONIA (*trinervia*) herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis. *Linn. sp.* 272. *Fl. zeyl.* 90.

Lysemachia folio sinuato acuminato trinervio, flore cœruleo amplio, calice carinato alato. *Burm. zeyl.* 145. t. 67.

Gentiana juncea, floribus cœruleis amplis, ghinitilla cingalensis. *Herm. herb.*
Habitat in Zeylona.

Radix hujus parva fibrosa, & tota cum planta amarissima. *Herm. herb.*

CORDIA (*Myxa*) foliis ovatis tomentosis, corymbis lateralibus, calycibus decemfiliatis. *Linn. sp.* 273.

Se-

PENTANDRIA MONOGYNIA. 59

Sebestena domestica sive Myxa. *Commel. H. amst.* I. p. 139. t. 72.

Prunus sebestena, longiore folio, maderaspata. *Plukn. alm.* 306. t. 217. f. 3.

Sebestena sylvestris & domestica. *Bauh. pin.* 446. *Alp. egypt.* 30.

Vidi-maram. *Rheed. mal.* 4. p. 77. t. 37.

Arbor Casedel Javanis, sub quo nomine ex Java.

Habitat in Java & Malabaria.

CORDIA (sebestena) foliis oblongo - ovatis repandis scabris. *Linn. sp.* 247.
ubi descr.

Cordia nucis juglandis folio. *Plum. ic.* 105. *gen.* 13.

Sebestena scabra, flore miniato crispo. *Dill. elib.* 341. t. 255. f. 331.

Caryophyllum spurius inodorus, folio subrotundo scabro, flore racemoso hexapetaloido coccineo. *Sloan. hist. jam.* 2. p. 20. t. 164. *Catesb. rar.* 2. p. 91. t. 91. *Raj. suppl.* 86.

Novella nigra. *Rumph. amb.* 2. p. 226. t. 75.

Habitat in utraque India.

EHRETIA (Bourreria) foliis ovatis integerrimis lævibus, floribus subco-
rumbosis, calycibus glabris. *Linn. sp.* 275. ubi descr.

Bourreria arborea, foliis ovatis alternis, racemis rarioribus terminalibus.
Brown. jam. 168. t. 15. f. 2.

Mespilus americana laurifolia glabra, fructu rubro mucaginofo. *Comm. H.*
amst. I. p. 153. t. 79.

Pittoniae similis laureolæ foliis, floribus albis, baccis rubris. *Catesb. car.* 2.
p. 79. t. 79.

Jasminum periclymeni folio, flore albo, fructu flavo rotundo tetrapyreno.
Sloan. hist. 2. p. 96. t. 204. f. 1. *Raj. dendr.* 63.

Habitat in India utraque.

LYCIUM (barbarum) foliis lanceolatis crassiusculis, calycibus bifidis.
Linn. sp. 277. ubi descr.

Jasminoides aculeatum humile, halimi minoris folio, fructu per maturita-
tem flavescente. *Mich. gen.* 224. t. 105. f. 1.

Jasminoides sinense halimi folio longiore & angustiore. *Duham. arb.* I.
p. 306. t. 121. f. 4.

Habitat in Java & China.

SIDEROXYLON (spinosum) spinosum, foliis perennantibus. *Linn. sp.* 279.

Lycii similis frutex indicus. *Comm. H. amst.* I. p. 161. t. 83.

Lycium maderaspatanum, bijugis & gracilioribus spinis horridum. *Plukn.*
alm. 235. t. 202. f. 2.

60 PENTANDRIA MONOGYNIA.

Ebénus jamaicensis arbuscula, Buxi foliis, spinosa. Plukn. alm. 132. t. 89. f. 1.

Couro-moelli. Rheed. mal. 5. p. 77. t. 39.

Habitat in utraque India.

RHAMNUS (*lineatus*) inermis, floribus hermaphroditis, foliis ovatis linearieatis repandis subtus reticulatis. Linn. sp. 281.

Rhamnus lineata. Osbek. it. 219. t. 7.

Habitat in Zeylona & China.

RHAMNUS (*myrtinus*) inermis, foliis oblongo-ovatis integerrimis subtus lucidis.

Nierpolia incolis.

Habitat Coromandeli.

RHAMNUS (*Napæa*) aculeis subgeminatis recurvis, pedunculis corymbosis, floribus semidigynis, foliis ferratis utrimque lœvibus. Linn. sp. 282.

Fl. zeyl. 87.

Jujuba indica spinosa, folio & fructu longiore. Plukn. alm. 199. t. 216. f. 6. Burm. zeyl. 132.

Prunus zeylanica spinosa, folio longiore. Herm. par. bat. 367.

Vidara littorea. Rumph. amb. 2. p. 119. t. 37.

Mallam-taddali. Rheed. mal. 4. p. 83. t. 40.

Habitat in Zeylona & Amboina.

RHAMNUS (*Jujuba*) aculeis solitariis recurvis, pedunculis aggregatis, floribus semidigynis, foliis retusis subtus tomentosis. Linn. sp. 283.

Fl. zeyl. 89.

Jujuba indica spinosa, folio & fructu rotundo. Plukn. alm. 199. Burm. zeyl. 132.

Jujuba malabarensis. Garzin. herb.

Prunus zeylanica spinosa, foliis & fructibus rotundis. Herm. lugdb. app. 69. t. 12.

Malus indica. Rumph. amb. 2. p. 117. t. 36.

Perim-toddali. Rheed. mal. 4. p. 85. t. 41.

Habitat in variis Indiæ locis.

RHAMNUS (*oenoplia*) aculeis solitariis recurvis, pedunculis aggregatis subfessilibus; foliis semicordatis subtus tomentosis. Linn. sp. 282. Fl.

zeyl. 88.

Jujuba aculeata, nervosis foliis infra sericeis flavis. Burm. zeyl. 131. t. 61.

Ju.

PENTANDRIA MONOGYNIA. · 61

Jujuba indica spinosa, foliis majoribus subtus lanuginosis & incanis.

Breyn. prodr. 2. p. 74.

Daun calidabat. Javanis.

Habitat in Zeylona.

RHAMNUS (*nummularia*) aculeis solitariis geminisque recurvis, pedunculis corymbosis, foliis ovatis integerrimis:

Rhamnus persica. herb. Garzin.

Jujuba seu zizyphus zeylanica rotundifolia minor, crenatis foliis subtus lanuginosis: Plukn. alm. 199. t. 197. f. 2. Burm. zeyl. 132.

Jujuba aculeata, foliis parvis nervosis lanuginosis, floribus luteis minimis in minutissimum fasciculum congestis. Doery-geretan. Javanis. D. Poyon.

Prunus zeylanica spinosa, folio rotundiore minore. H. Beaum. 35. Herm. prodr. 367.

Habitat in Zeylona & Java..

RHAMNUS (*vitis idæa*) spinulis simplicibus, pedunculis solitariis unifloris, foliis ovatis acuminatis integerrimis.

Rhamnus zeylanica, folio subrotundo glabro, caulis hirsutis, spinis exiguis, ad foliorum ortum exasperatis, flosculo spadiceo, bacca nigra. Burm. zeyl. 198. t. 88.

Acaciæ forte cognatus e maderaspatan, frutex *vitis idæa* bengalensis foliis & ramulis alternis, ad foliorum ortum spinis exiguis exasperatus. Plukn. phyt. 4. t. 122. f. 4.

Frutex indicus baccharifer, *vitis idæa* secundæ Clusii foliis. Breyn. cent. 8. t. 4.

Boa massi Javanis.

Habitat in Zeylona & Jaya.

RHAMNUS (*beterogeneus*) aculeis geminis, simplici & recurvo, pedunculis solitariis unifloris, foliis ovatis ferrulatis trinerviis lucidis.

Jujubæ similis arbor orientalis, inæqualibus spinis aureis conjugatis, ex cortice candidissimo prorumpentibus, armata. Plukn. alm. 198. t. 342. f. 4.

Jujuba persica. herb. Garzin.

Habitat in India orientali & Persia.

Rami albissimi glaberrimi, foliis ovatis acuminatis ferratis; aculeorum altero recurvato, altero erectiusculo, videturque quoad descriptionem convenire cum Rhamno Loto, nisi in figura Schavit folia adeo obtusa & aculei simplices. Plures insuper ex Indiis affruntur Rhamni species, quæ foliatura maxime distincta, ob defectum tam fructificationis determinari nequeunt.

62 PENTANDRIA MONOGYNIA.

CEANOTHUS (asiaticus) foliis ovatis enerviis. *Linn. sp. 284. Fl. zeyl. 98.*
Grossularia spinis vidua, baccis in racemo congestis spadicēis, foliis cre-
natis ovato-acuminatis. Burm. zeyl. 111. t. 48.
Grossularia zeylanica, baccis majoribus nigris. Herm. mus. zeyl. II. 52. 26.
Spirææ Theophrasti similis frutex indicus latiore folio. Pluyn. alm. 350.
t. 63. f. 2.
Tinda parva. Rheed. mal. I. p. 87. t. 48.
Habitat in India.

MANGIFERA (indica). *Linn. sp. 290. arbor. Linn. Fl. zeyl. 471. Bonit.*
jav. 95. Burm. zeyl. 152.
Manga domestica. Kumph. amb. I. p. 93. t. 25.
Manga indica, fructu magno reniformi. Raj. hist. 1550. Boym. fl. sinenj.
H. f. H.
Perficæ similis, putamine villoso. Baub. pin. 440.
Mao f. Mau. Rheed. mal. 4. p. I. t. I. 52.
Habitat in India.


Tab. 23. EMBELIA (Ribes).

Ribesioides. *Linn. fl. zeyl. 403. ubi descr.*
Grossularia zeylanica major Ghæsembilla zeylanensis. Burm. zeyl. 112.
Grossularia baccis albis, pediculis floriferis in summo caule, & ex alis
foliorum exeuntibus. Raj. dendr. 3. p. 27.
Ghæsembilla. Herm. zeyl. 36. Æmbilla cingalensium II. sive Grossularia
indica major, ex cuius fructibus Rob de Ribes conficitur, viribus Eu-
ropæo æquale. Herm. herbar.
Habitat in Zeylona.

Planta nostra glaberrima, nec spinosa, uti Æmbilla Khamnicatrum. Fl. zeyl. no. 410.
describitur.

VITIS (vinifera) foliis lobatis sinuatis nudis. *Linn. sp. 293.*
Vitis vinifera. Baub. pin. 299.
In temperatoriis Indiæ locis quoque invenitur.

VITIS (indica) foliis cordatis dentatis, subtus villosis, cirrhis racemife-
 ris. *Linn. sp. 293. Fl. zeyl. 99.*
Vitis sylvestris indica, acinis rotundis, folio integro. Raj. dendr. 67.
Vitis folio cucurbitæ sive non sinuato. Burm. zeyl. 230.
Scembra valli. Rheed. mal. 7. p. II. t. 6.
Habitat in India.



EMBELIA rotunda

PENTANDRIA MONOGYNIA. 63

VITIS (*trifolia*) foliis ternatis, foliolis subrotundis ferratis. *Linn. sp.* 293.

Vitis foliis ternis subrotundis ferratis. *Raj. dendr.* 18.

Folium cauſonis. *Rumph. amb.* 5. p. 450. t. 166. f. 2.

Kareta tsjori-valli. *Rheed. mal.* 7. p. 85. t. 45.

Habitat in India.

A Galing galing malaice, sub quo nomine ex Java missa, proxime huic accedit; forte ad *Tab. 24.* f. 1.

Cifos cum citatis figuris pertineret, quorum flores quadrifidi.

ACHYRANTHES (*sanguinolenta*) caule erecto simplicissimo, spicis
brachiatis levibus. *Linn. sp.* 294. ubi descr.

Verbena rubra. *Rumph. amb.* 7. p. 60. t. 27. f. 2.

Cendor Javanis.

Habitat in Java & Amboina.

ACHYRANTHES (*muricata*) caule patulo, floribus spicatis remotis ova-

tis, calycibus squarroso-patulis, foliis alternis. *Linn. sp.* 295. ubi descr.

Blitum frutescens. *Rumph. amb.* 5. p. 235. t. 83. f. 2.

Habitat in India.

ACHYRANTHES (*indica aspera*) caule erecto, calycibus reflexis, spicæ
appressis. *Linn. sp.* 295. *Fl. zeyl.* 105. *Roy. lugdb.* 418.

Amaranthus spicatus zeylanicus, foliis obtusis, Amarantho siculo Boccone
similis. *Burm. zeyl.* 16. t. 5. f. 3.

Amaranthus spicatus, Dictamni cretici folio, maderaspatensis. *Pluken-*
alm. 26. t. 10. f. 4. *Mill. dict.* t. 11. f. 2.

Verbena indica spicata, foliis obtusis. *Herm. mus. zeyl.* 1.

Cadelari. *Rheed. mal.* 10. p. 155. t. 78.

Habitat in Malabarria & Zeylonia.

Ex magnitudine & inæqualitate Foliorum formari plures varietates ab hac specie possent.

ACHYRANTHES (*lappacea*) caule patulo, spicis interruptis, flosculis
ternis; lateralibus utrinque fasciculo setarum uncinato. *Linn. sp.* 295.
ubi descr.

Achyranthes floribus externe lanatis interrupte spicatis. *Linn. fl. zeyl.* 103.

Blitum scandens, fructu lappaceo. *Burm. zeyl.* 47. t. 18. f. 1.

Verbena indica farmentosa scandens, spica comosa, fructibus lappaceis.
Herm. mus. zeyl. 47.

Centaurium ciliare minus, circææ foliis firmioribus, floribus spicatis.
Pluken. alm. 93. t. 82. f. 2.

Wellia codivelli. *Rheed. mal.* 10. p. 117. t. 59.

Habitat in India.

ACHY-

64 PENTANDRIA MONOGYNYIA.

ACHYRANTHES (*prostrata*) caulis prostratis, spicis oblongis, flosculis binatis, utrimque fasciculo setarum uncinato. *Linn. sp. 296.*
ubi descr.

Auris canina fœmina. *Rumph. amb. 6. p. 26. t. II.*

Verbena indica *Bpnt. jav. 150 t. I o.*

Scheru-cadelari. *Rheed. mal. 10. p. 157. t. 79.*

Habitat in India.

ACHYRANTHES (*lanata*) caule prostrato, spicis ovatis lateralibus, calycibus tomentosis. *Linn. sp. 296. Fl. zeyl. 104. Mill. dict. t. II. f. 1.*
Chenopodium incanum racemosum, folio majore minori opposito. *Burm. zeyl. 60. t. 26. f. 1.*

Amaranthus indicus verticillatus albus, foliis lanugine incanis. *Plukn. alm. 27. t. 75. f. 8.*

Atriplex indica tomentosa incana, majoranæ venetæ foliis. *Herm. zeyl. 2.*

Scherubala. *Rheed. mal. 10. p. 57. t. 29.*

Habitat in India.

Vix hujus occurunt varietates magnitudine differentes, quarum major *caule* erecto, *spicis* erectis ramosis plurimis Cundang Cassi & Foile Kotte Javanis, minor *caule* prostrato, *spicis* subserratis brevissimis simplicibus, quæ frequens in hortis per semina propagatur.

ACHYRANTHES (*corymbifera*) foliis oppositis linearibus, paniculis dichotomis. *Linn. sp. 296. Fl. zeyl. 100.*

Paronychia foliis ad genicula confertis acutis, floribus umbellatis. *Burm. zeyl. 184. t. 65. f. 2.*

Amaranthus folio tenuissimo incano mollugini æmulante. *Boccon. mus. 44. t. 39.*

Amaranthus zeylanicus umbellatus, folio laricis, umbella sere candua. *Herm. mus. zeyl. 29.*

Elichryso affinis herba indica polygonoides ramosior, foliis caulinis nodos ambientibus. *Plukn. alm. 134. t. 86. f. 6.*

Habitat in Zeylona.

CÉLOSIA (*argentea*) foliis lanceolatis, stipulis subfalcatis, pedunculis angulatis, spicis scariosis. *Linn. sp. 96. Roy. lugdb. 4'9 n. 2.*

Amaranthus indicus angustifolius, spica rigida alba. *Burm. zeyl. 18.*

Tjera-bellutta adeca manj. n. *Rheed. mal. 10. p. 77. t. 39.*

β Celosia (*margaritacea*) foliis ovatis, pedunculis angulatis, spicis scariosis. *Linn. sp. 297.*

Amaranthus simplici panicula. *Baub. pin. 121.*


Amaranthus spica albescente habitiore. *Mart. cent. 7. t. 7.*

Bellutta adeca-manjen. *Rheed. mal. 10. p. 75. t. 38.*

Habitant in Java & China.

Var. ♂ differt foliis & spicis ovatis ex rubro albescensibus majoribus.

CE-



1. *VITIS* *cordata*
2. *STAPHYLEA* *pinnata*



1. CELOSTA
2. SARACA
3. PROSOPIS

PENTANDRIA MONOGYNIA. 65

- CELOSIA (*cristata*) foliis lanceolatis ovatis recurvis subundatis, pedunculis angulatis, spicis oblongis cristatis. *Linn. sp.* 297.
Amaranthus major, paniculis surrectis flavescentibus. *Herm. lugd.* 30.
Amaranthus panicula conglomerata. *Baub. pin.* 121.
Amaranthus cristatus. *D. Piron.*
Habitat in India.

- CELOSIA (*caudata*) foliis lanceolato-ovatis lineatis acuminatissimis, stipulis falcatis, spicis cristatis. *Linn. sp.* 297.
Amaranthus vulgaris. *Rumph. amb.* 5. p. 236. t. 84.
Amaranthus minor, spica singulari, lunatis circum caulem foliis. *Burr. rar.* 471. t. 1195. *Bocc. mus.* 2. p. 77. t. 66.
Amaranthus cristatus, Folla galo incolis dictus. *D. Piron.*
Habitat in Indiis.

- CELOSIA (*coccinea*) foliis ovatis strictis inauriculatis, caule sulcato, spicis multiplicibus cristatis. *Linn. sp.* 297.
Amaranthus panicula speciosa cristata. *Baub. hist.* 2. p. 969.
Amaranthus panicula incurva. *Baub. pin.* 121.
Habitat in India.

Plures hujus varietates depinguntur apud *Weinmann* in *Opere Botan.* t. 34. 35. 92. 96.

- CELOSIA (*pyramidalis*) foliis inferioribus lanceolatis undulatis, superioribus linearibus, spicis pyramidalibus. *Tab. 23. f. 1.*

Ex Java per semina allata nostro in horto ante aliquot annos floruit caule orgyali, quam tunc temporis cum aliis pro tertio tomo H. Ainst. insculptam hisce addere placuit.

- CELOSIA (*paniculata*) foliis oblongo-ovatis, caule assurgente, spicis terminalibus alternis remotis. *Linn. sp.* 298. ubi descr.
Blitum album majus scandens. *Sloan. hist. jam.* 1. p. 142. t. 91. f. 2.
Celosia major farmentosa assurgens, foliis majoribus ovatis. *Brown. jam.* 179.
Crescit in utraque India.

Planta javanica melius refert Amaranthus fruticosum erectum. *Sloan. t. 91. f. 1.* videturque f. 2. Rivina octandra juxta *Plum. iconem.*

- CELOSIA (*lanata*) foliis lanceolatis tomentosis obtusis, spicis confertis, ramulis lanatis. *Linn. sp.* 298. *Fl. zeyl.* 102.
Amaranthi species, folio halimi maritimi nostratis. *Burm. zeyl.* 18.
Habitat in Zeylona.

66 PENTANDRIA MONOGYNTA.

CELOSIA (*nodiflora*) foliis cuneiformibus acutiusculis, spicis globosis lateribus. *Linn. sp. 298. Fl. zeyl. 101.*

Amaranthoides indicum nodiflorum, capitulis ex albo-virescentibus. *Burm. zeyl. 16. t. 5. f. 2.*

Amaranthoides indicum globosum, ad caulum nodos floridum, foliis solitariis summo apice barbatis. *Pluken. aln. 72. t. 133. f. 2.*

Amaranthus indicus, flore globo-herbaceo. *Herm. mus. zeyl. 33.*

Habitat in Zeylona.

ILLECEBRUM (*verticillatum*) floribus verticillatis nudis, caulis pro-cumbentibus. *Linn. sp. 298. Roy. lugdb. 214. n. 1.*

Paronychia serpyllifolia palustris. *Vaill. paris. 157. t. 15. f. 1.*

Polygala repens nivea. *Baub. pin. 215.*

Transmissa ex Java.

ILLECEBRUM (*Acbyranthes*) caulis repentibus pilosis, foliis ovatis mucronatis, opposito minore, capitulis subglobosis subspinosis. *Linn. sp. 299.*

Achyranthes repens. *Linn. sp. 1. p. 205. foliis bliti pallidi. Dill. elb. 8. t. 7. f. 7.*

Blitum angustifolium, malaice Pannone. *D. Pryon.*

Habitat in Indiis & Turcomannia.

ILLECEBRUM (*sessile*) caulis repentibus glabris, foliis lanceolatis subsessilibus, capitulis oblongis glabris. *Linn. sp. 300.*

Gomphræna sessilis. *Linn. fl. zeyl. 116.*

Amaranthus humilis, foliis oppositis, flosculis ex aliis glomeratis. *Burm. zeyl. 17. t. 4. f. 2.*

Polygonum indicum minus, flosculis glomeratis albis. *Herm. mus. zeyl. 14.*

Amaranthoides maderaspatana, foliis angustis ex adverso binis, floribus ad nodos verticillatis. *Pluken. phyt. 27. t. 132. f. 6. & t. 133. f. 1.*

Coluppa. *Rheed. mal. 10. p. 21. t. 11.*

Habitat in India.

Mire variat, caule erectiusculo, magnitudine foliorum & totius plantæ; foliis ovatis, lanceolatis, oblongis, ellipticis, sessilibus, petiolatis. Capitulis solitariis & compositis, uti in multis speciminiibus ex Java receperis appetet.

CERBERA (*Manghas*) foliis lanceolatis, nervis transversalibus. *Linn. sp. 303. ubi descr. Fl. zeyl. 106.*

Manghas lactescens, foliis Nerii crassis venosis, Jasmini flore, fructu Persici simili venenato. *Burm. zeyl. 150. t. 70 f. 1.*

Manghas sylvestris lactescens, fructu venenato. *Herm. mus. zeyl. 49.*

Manghas sylvestris lactescens venenata, Jasmini flore & odore. *Herm. prod. 351. Pluken. aln. 241.*

Ar.

PENTANDRIA MONOGYNIA. 67

Arbor lactaria. *Rumph. amb.* 2. p. 243. t. 81.

Odollam, *Rheed. mal.* 1. p. 71. t. 39.

Mangas cuini Javanis.

Habitat in India.

VINCA (*rosea*) caule suffrutescente erecto, floribus geminis tessilibus, foliis oblongis, petiolis basi bidentatis. *Linn. sp.* 305. ubi descr.

Vinca foliis oblongo-ovatis integerrimis, tubo floris longissimo, caule ramoso fruticoso. *Mill. dict.* t. 186.

Frutex japonicus, flore pallide purpurascente. *D. Kleinbof.*

Folla mallega Javanis.

Habitat in Java & Japonia.

GARDENIA (*florida*). *Linn. sp.* 303. ubi notam vide. *Ellis. act. angl. vol.* 51. p. 392. t. 23.

Jasminum foliis lanceolatis oppositis integerrimis, calycibus acutioribus. *Mill. ic.* t. 180.

Cotsjopiri. *Rumph. amb.* 7. p. 26. t. 14. f. 2.

Habitat in India & cap. Bonæ Spei.

NERIUM (*oleander*) foliis linear-lanceolatis ternis. *Linn. sp.* 308. *Fl. zeyl.* 108. *Roy. lugdb.* 412.

Nerium floribus rubescens. *Baub. pin.* 464.

CARDIOSPERMUM (*Halicacabum*) foliis levibus. Linn. sp. 525. Fl. zeyl. 142. Roy. lugdb. 464.



1. *USUBIS triphylla*.
2. *DAIS octandra*.

OCTANDRIA TRIGYNIA. 91

Corindum ampliore folio, fructu majore. Tourn. inf. 431. Burm. zeyl. 76.
ubi varietates.

Pisum cordatum. Beß. eyß. æß. ord. 13. fol. 11. f. 1.

Pisum vesicarium, fructu nigro, alba macula notato. Baub. pin. 743. Herm.
muf. zeyl. 42.

Halicacabum. Rumph. amb. 6. p. 60. t. 24. f. 2.

Halicacabus peregrinus. Dod. pempt. 455.

Vesicaria peregrina. D. Pryon.

Habitat in Indiis.

Variat magnitudine foliorum & fructuum, quibus a Tourn. distinguuntur in inf. 431.

SAPINDUS (*saponaria*) foliis impari-pinnatis, caule inermi. *Linn. sp. 526.*
Roy. lugdb. 464.

Sapindus foliis oblongis vix petiolatis per costam ample alatam. Brown.
jam. 206.

Saponaria. Rumph. amb. 2. p. 134.

Prunifera racemosa, folio alato, costa media membranulis utrinque ex-
stantibus donata. Sloan. hijt. jam. 2. p. 131.

Nux americana, foliis alatis bifidis. Commel. H. Amft. 1. p. 183. t. 94.

Nuci-prunifera arbor americana, fructu saponario orbiculato monococco
nigro. Plukn. alm. 255. t. 217. f. 7.

In utraque habitat India.

SAPINDUS (*trifoliata*) foliis ternatis. *Linn. sp. 526.*

Saponaria arbor trifoliata, semine Lupini. Burm. zeyl. 209. Herm. muf.
zeyl. 69. H. Beaum. 37.

Saponaria arbor indica trifolia. Herm. lugdb. 536.

Poerinsjii. Rheed. mal. 4. p. 43. t. 19.

Habitat in Malabarica & Zeylona.

E N N E A N D R I A M O N O G Y N I A.

LAURUS (*Cinnamomum*) foliis trinerviis ovato-oblongis, nervis versus
apicem evanescientibus. *Linn. sp. 528. Fl. zeyl. 145.*

Cinnamomum foliis ovatis latis frugiferum. Burm. zeyl. 62. t. 27.

Cinnamomum seu capella zeylanica. Baub. pin. 408.

Cassia cinnamomea. Herm. lugdb. 129. t. 655.

Habitat in Zeylona.

LAURUS (*Caffia*) foliis triplinerviis lanceolatis. *Linn. sp. 528. Fl. zeyl. 146.*

Cinnamomum perpetuo florens. folio tenuiore acuto. Burm. zeyl. 63. t. 28.

Canella zeylanica sylvestris, odore & sapore myrrhæ. Herm. muf. zeyl. 26.

92 ENNEANDRIA MONOGYNIA.

Cassia cinnamomea, Myrthæ odore, folio trinervio subtus cæsio. *Plukn. alm.* 89.

Cinnamomum f. canella malabarica & javanensis. *Baub. pin.* 409. *Raj. bift.* 1562.

Marua. *Rheed. mal.* 1. p. 107. t. 57.

Habitat in Malabaria, Zeylona, Java.

LAURUS (*Camphora*) foliis triplinerviis lanceolato-ovatis. *Linn. sp.* 528.

Laurus camphorifera. *Kæmpf. japan.* 770. ubi fig.

Camphora officinarum. *Baub. pin.* 500.

Arbor camphorifera japonica. *Breyn. prodr.* 2. p. 16. ic. 16. t. 2. *Commel. H. Amst.* 1. p. 185. t. 95.

Camphora japonica D. Kleinhof, quæ differt foliis subtus lucidis latioribus.

Habitat in Japonia & Java.

LAURUS (*malabatum*) foliis trinerviis ovato-acuminatis, nervis versus apicem confluentibus.

Sindoc. Rumph. amb. 2. c. 23. p. 69.

Katou-karua. Rheed. mal. 5. p. 105. t. 53.

Malabathrum malabaricum. Garcin. herb.

Habitat in Malabaria & Amboina.

LAURUS (*indica*) foliis venosis lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus racemosis. *Linn. sp.* 529. *Gron. virg.* 159.

Laurus latifolia indica. Barr. rar. 123. t. 877.

Laurifolia jamaicensis baccifera, fructu parvo oblongo striato. *Plukn. alm.* 211. t. 304. f. 1.

Cinnamomum sylvestre americanum. Seb. thes. 2. p. 90. t. 84. f. 6.

Habitat in utraque India.

Plura diversæ formæ folia in Japonia collecta in Herbario inveniuntur, quæ tamen pro distinctione specifica non sufficiunt, vid. act. natur. cur. vol. I. Ao. 1727 in append. p. 4. &c..

CASSYTHA (*filiformis*) flagellis filiformibus aphyllis. *Linn. sp.* 539.

Cuscuta altera seu major. Petiv. gaz. 77. t. 49. f. 12.

Cuscuta baccifera barbadensium. Plukn. alm. 126. t. 172. f. 2.

Cuscuta. Rumph. amb. 5. p. 491. t. 184. f. 4.

Cuscuta indica, ramis foliosa, flösculis hexapetalis, fructu coronato rotundo. *Raj. bift.* 3. p. 551.

Acatia-valli. Rheed. mal. 7. p. 83. t. 44.

Cuscuta maritima javanica, kankong incolis dicta. *D. Kleinhof.*

Habitat in India.

ENNEANDRIA MONOGYNTIA. 93

CASSYTHA (*corniculata*) ramis lignosis corniculatis.

Tab. 33.
f. 1.

Cassutha cornea. *Rumph. amb.* 7. c. 59. p. 52.

Florifera sine folio scandens. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java.

Anno 1758 hunc stimem accepimus, externa forma & crescendi modo Cuscutamæ mulantem.
Rami lignosi crassitie digitii minimi obtusanguli aphylli sulcati nodosi intorti ac reflexi
aculeis recurvis, ad quorum exortum foliola emarcida lanceolato-linearia, flosculi im-
perfecti vix visibles.

RHEUM (*undulatum*) foliis subvillosis undulatis, petiolis æqualibus.

Linn. sp. 531.

Rhabarbarum folio oblongo crispo undulato, flabellis sparsis. *Geoffr. mat.*
med. 2. p. 125. *Rumph. amb.* 6. p. 148. c. 39.

β *Rhabarbarum*. *Boym. fl. sinens.* S. f. S.

Affertur ex China.

In figura *Boymii* foliatura valde differt ab omnibus speciebus, quæ in hortis coli solebant,
ut & ab iis, quæ intra paucos annos ex Russia huc allatæ fuere, hinc eadem incertitu-
do, quæ huc usquæ, & adhucdum manet, ex quanam specie verum & optimum pro me-
dicina Rhabarbarum petendum sit.

DECANDRIA MONOGYNTIA.

SOPHORA (*tomentosa*) foliis pinnatis, foliolis numerosis subrotundis to-
mentosis. *Linn. sp. 533. Fl. zeyl.* 163.

Indigofera foliis tomentosis. *Linn. H. cliff.* 487.

Colutea zeylanica argentea tota. *Herm. lugdb.* 169. t. 171.

Colutea zeylanica maxima filiquosa, tota incana, grano rotundo globoso.
Burm. zeyl. 69.

Coronilla zeylanica argentea tota. *Boerh. lugdb.* 2. p. 50. *Burm. zeyl.* 77.
Habitat in Zeylona.

SOPHORA (*japonica*) foliis pinnatis, foliolis ovatis glabris, caule ar-
boreo.

Habitat in Japonia.

Arbor foliis Robiniae Caraganæ. *Folia pinnata*, foliola ovata lœvia 7-11, inferiora pauca
10 minora. *Racemi parvi*, *Flores albi* magnitudine florum indigoferæ.

SOPHORA (*heptaphylla*) foliis pinnatis, foliolis septenis glabris. *Linn. sp.*
533. Fl. zeyl. 164.

Anticholerica. *Rumph. 4. p. 60. t. 22.*

Fruticulus sinensis, sennæ sylvestris folio angustiore, nodosa filique, rostro-
longiore donata. *Pluken. amalb.* 18. t. 451. f. 10.

Habitat in India.

* 94 DECANDRIA MONOGYNIA.

BAUHINIA (*scandens*) caule cirrhifero. Linn. sp. 535.
Clematis indica folio bifido, flore fructuque carens, arbores transcendens.
Raj. suppl. 328.

Folium linguae. Rumph. amb. 5. p. 1. t. 1.
Naga-valli. Rheed. mal. 8. p. 55. t. 29.

Habitat in Malabarica, Amboina, Cumana.

BAUHINIA (*variegata*). foliis cordatis, lobis coadunatis obtusis.
Linn. sp. 535.

Bauhinia malabarica. Garzin herb.

Siliqua sylvestris rotundifolia indica. Baub. pin. 402.

Arbor S. Thomae. Zanon. bist. 26. t. 15. & 32. t. 20. ed. Bonon.

Chovanna mandaru. Rheed. mal. 1. p. 57. t. 32.

Habitat in India.

BAUHINIA (*purpurea*) foliis subcordatis bipartitis rotundatis subtus tomentosis. Linn. sp. 536.

Mandaru secunda species. Plukn. alm. 240.

Chovanna mandaru. Rheed. mal. 1. p. 59. t. 33.

Habitat in Indiæ arenosis.

BAUHINIA (*tomentosa*). foliis cordatis, lobis semiorbiculatis tomentosis.
Linn. sp. 536. Fl. zeyl. 147. Roy. lugdb. 464. n. 3.

Bauhinia foliis subrotundis, flore flavescente striato. Burm. zeyl. 44. t. 18.

Senna zeylanica, folio singulari cordato, flore lutescente magno. Har-togb. herb.

Mandaru maderaspatense, foliis firmioribus bisulcis, glabritie splendentibus. Plukn. alm. 240. t. 44. f. 6.

Chanschena-pou. Rheed. mal. 1. p. 63. t. 35.

Habitat in Zeylona & Malabarica.

BAUHINIA (*acuminata*) foliis ovatis, lobis acuminatis semiovatis. Linn.
sp. 536. Fl. zeyl. 148.

Bauhinia foliis oblongo-acutis nervosis, flore albo. Burm. zeyl. 45.

Bauhinia foliis bilobis, spicis laxis terminalibus. Brouwn. jam. 286.

Sennæ spuriae, seu asphalto affinis arbor siliquosa, foliis bifidis. Sloan.
bist. jam. 1. p. 51.

Arbor divi Thomæ species foliis longioribus. Herm. mus. zeyl. 8.


Velutra-mandaru. Rheed. mal. 1. p. 61. t. 34. Raj. bist. 1751.

Habitat in utraque India.

CASSIA (*diphylla*) foliis conjugis, stipulis cordato-lanceolatis. Linn. sp.
537. ubi descr.

Niella-warei. Incolis.

Habitat in India.



1. *CASSYTHA corniculata*.
2. *CASSIA Sonna*.

DECANDRIA MONOGYNIA. 95

CASSIA (*Absus*) foliis bijugis subovatis, glandulis duabus subulatis inter infima. *Linn. sp.* 537. *Fl. zeyl.* 153.

Senna quadrifolia, siliqua plana hirsuta, flore aureo sanguineo. *Burm. zeyl.* 212. *t.* 97.

Senna exigua maderaspatana tetraphylla siliquifera glabra, florum pediculis ad exortum foliorum propendentibus. *Pluken. alm.* 341. *t.* 60. *f.* 1.

Loto ad finis ægyptiaca. *Baub. pin.* 332. semine atro splendente, seu abrus alpini, flore aureo lineolis sanguineis perfuso. *Herm. mus. zeyl.* 41.

Absus. *Alpin. ægypt.* 97. *c.* 31.

Habitat in India & Ægypto.

CASSIA (*Tagera*) foliis trijugis, glandula petiolari, stipulis ciliatis cordatis acuminatis. *Linn. sp.* 538. ubi descr.

Cassia seu **senna** **spuria** **tetraphylla** **arborescens**, siliquis tenuibus longissimis pendulis. *Amm. herb.* 603. *n.* 33.

Sena **spuria** **orientalis** **tenuissimis** **siliquis** **tetraphylla**. *Pluken. alm.* 342.

Chamæ cassiæ **affinis** **tetraphylla**, siliquis tenuissimis, semine tereti, apicibus obtusis, quasi abscessis. *Breyn prodr.* 2. *p.* 52.

Tagera. *Rheed. mal.* 2. *p.* 103. *t.* 52. *Raj. hist.* 1743.

Catipping. **incolis.** *mal.* *caltiade.*

Habitat in India.

CASSIA (*Tora*) foliis trijugis obovatis, exterioribus majoribus, glandulae subulata inter inferiora quatuor. *Linn. sp.* 538. *Fl. zeyl.* 152. *Roy. lugdb.* 468. *Mill. dict.* *t.* 82.

Cassia **siliqua** **quadrangulari.** *Dill. eltb.* 72. *t.* 63. *f.* 73.

Senna orientalis **hexaphylla** **Tala** **zeylonensis** **bus.** *Herm. lugdb.* 557:

Senna orientalis **hexaphylla**, siliquis longis incurvis, **Tora** **Indorum vulgo** & **Tachara** **Malabarensium.** *Pluken. alm.* 342.

Senna Javanica frutescens. *Garzin. herb.*

Taggarei vel **Catjang** **Tandoe**, **incolis.**

Habitat in India.

CASSIA (*bicapularis*) foliis trijugis obovatis glabris, interioribus rotundioribus minoribus, glandula interjecta globosa. *Linn. sp.* 538. *Roy. lugdb.* 468. *n.* 10.

Cassia hexaphylla, siliqua bicapulari. *Plum. spec.* 18. *t.* 76. *f.* 1.

Habitat in Indiis.

CASSIA (*obtusifolia*) foliis trijugis ovatis obtusifulis. *Linn. sp.* 539.

Cassia **fætida**, foliis **sennæ** **italicæ**. *Dill. eltb.* 71. *t.* 62. *f.* 72.

Cassia minor **herbacea** **plerumque** **hexaphylla**, **folia** **obtuso.** *Sloan. hist. jam.* 2. *p.* 47. *t.* 18. *f.* 5.

Sen.

96 DECANTRIA MONOGYNIA.

Senna javanica. Garzin. herb.

Gallinaria rotundifolia. Rumph. amb. 5. p. 283. t. 97. f. 2.

Habitat in Indiis.

Tab. 33. CASSIA (*Senna*) foliis trijugis quadrijugisque subovatis, siliquis falcatis.
f. 2. Linn. sp. 539. Roy. lugdb. 468. n. 9.

Senna persica, siliquis falcatis. *Garzin. herb.*

Senna italica, foliis obtusis. *Baub. pin. 397. Morif. bist. 2. p. 200. f. 2. t. 24.*
f. 2. *Dodon. pemt. 361.*

β *Senna Alexandrina* f. foliis acutis. *Baub. pin. 397. Morif. bist. 2. p. 201.*
f. 2. t. 24. f. 1.

Habitat in India & Ægypto.

CASSIA (*planisiliqua*) foliis quinquejugis ovato-lanceolatis glabris, glandula baseos petiolorum. Linn. sp. 540. Roy. lugdb. 468. n. 11.

Cassia siliquis planis. *Plum. sp. 18.*

Senna zeylanica, flore luteo magno, siliqua plana. *Burm. zeyl. 214.*

Flos flavus. Rumph. amb. 4. p. 63. t. 27.

Cambang cuning malaice. D. Pryon.

Habitat in Indiis.

Folia in quibusdam speciminiis obtusa in aliis apice acuminata, quæque ab incolis sc̄mina appellatur varietas hujus censenda, foliis minoribus.

CASSIA (*occidentalis*) foliis quinquejugis ovato-lanceolatis margine scabris, exterioribus majoribus glandula baseos petiolorum. Linn. sp. 539.
ubi descr. Roy. lugdb. 467. n. 7.

Senna occidentalis, odore opii viroso, *Orobi pannonicī* folijs mucronatis glabra. *Comm. H. Amst. 1. p. 51. t. 26.*

Senna indica, foliis conjugatis. flore luteo, incolis Tepan-lacki dicta.
D. Pryon. Catippane mal.

Habitat in India utraque.

In horto ex seminibus saepius germinavit.

CASSIA (*fistula*) foliis quinquejugis ovatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. Linn. sp. 540. Fl. zeyl. 149. Roy. lugdb. 466. n. 2.

Cassia fistula alexandrina. Baub. pin. 405. Commel. H. Amst. 1. p. 215. t. 110. Rumph. amb. 2. p. 83. t. 21.

Conna. Rheed. mal. 1. p. 37. t. 22.

Habitat in India & Ægypto.

CASSIA (*alata*) foliis octojugis ovali-oblongis, interioribus minoribus, petiolis eglandulosis, stipulis patulis. Linn. sp. 541. Roy. lugdb. 467. n. 3.

Cassia sylvestris fætida, siliquis alatis. *Plum. spec. 18.*

Faba dulcis. Merian. surin. 58. t. 58.

Herpetica. Rumph. amb. 7. p. 35. t. 18.

Daun coepan Javanis, sub quo nomine missa ac notata, quod sit planta annua, sex pedes alta, cuius succus ex foliis expressus scabiem curat.

Habitat in India.

CASSIA (surattensis) foliis octojugis ovato-oblongis obtusis emarginatis inferioribus minoribus, glandula ad basin binorum inferiorum pedicellata.

Senna surattensis. Garzin. herb.

Caul. herbaceus. Stipulae binæ ad petiolorum exortum linearis-lanceolatae. Fol. apice obtusa emarginata magnitudine inter Caffiam Sennam & Toram, glandula pedicellata ad bijkuga inferiora. Pedunc. axillares bracteis cordato-acuminatis, pedicelli uniflori, Cor. coloris aurantii magna.

CASSIA (marilandica) foliis octojugis ovato-oblongis æqualibus, glandula baseos petiolorum. *Linn. sp. 541. Roy. lugdb. 467. n. 6.*

Cassia mimosæ foliis, siliqua hirsuta. Dill. eltb. 351. t. 260. f. 339.

Cassia marilandica, pinnis foliorum oblongis, calyce floris reflexo. Mart. cent. 23. t. 23.

Habitat in India, Virginia, Marilandia.

CASSIA (Sophera) foliis decemjugis lanceolatis, glandula baseos oblonga. *Linn. sp. 543. Fl. zeyl. 150.*

Senna vigintifolia, siliquis teretibus. Burm. zeyl. 213. t. 98.

Senna orientalis fruticosa, sophera dicta. Herm. lugdb. 557.

Sopheræ congener planta, siliquis compressis hirsutis, seminibus atris lucidis, floribus aureis. Herm. mus. zeyl. 56.

Galegæ affinis. Baub. pin. 352.

Gallinaria acutirostra. Rumph. amb. 5. p. 283. t. 97. f. 1.

Ponnam-tongera. Rheed. mal. 2. p. 101. t. 52.

Habitat in Indiæ sylvis.

CASSIA (auriculata) foliis duodecim-jugis obtusis mucronatis, glandulis subulatis pluribus, stipulis reniformibus barbatis. *Linn. sp. 543. Fl. zeyl. 151.*

Senna spuria maderaspatana, caule ad foliorum alas geminatis subrotundis appendiculis auriculato. Plukn. alm. 341. t. 314. f. 4.

Habitat in India.

CASSIA (javanica) foliis duodecim jugis oblongis obtusis glabris, glandula nulla. *Linn. sp. 542.*

Cassia fistula javanica, flore carneo. Commel. H. Amst. 1. p. 217. t. III.

Cassia nigra seu fistulosa secunda. Sloan. hist. jam. 2. p. 44.

Cassia fistula brasiliiana. Baub. pin. 403.

Senna malabarica. Garzin. herb. cuius folia quatuordecim juga oblonga, cum mucrone, duplo majora quam in Commel. figura.

Habitat in Indiis.

98. DECANDRIA MONOGYNIA.

CASSIA (*mimosoides*) foliis multijugis linearibus; glandula baseos petiolorum obsoleta, stipulis setaceis. *Linn. sp. 543. Fl. zeyl. 154.*
Mimosa herba zeylanica, foliis & siliquis angustis glabris. *Burm. zeyl. 160.*
Herba viva zeylanica, siliquis longis angustis glabris. *Herm. mus. zeyl. 48.*
Habitat in India.

Coejang kotteng Javanis, cum quo figura *Breyn. cent. 23. p. 64.* convenit; qua Chamaecrista Pavonis brasiliana, siliqua singulari vocatur. (nisi stipulae cordatae.)

CASSIA (*nictitans*) foliis multijugis, floribus pentandris, caule erecto.
Linn. sp. 543.

Cassia calycibus acutis, floribus pentandris. Linn. H. Cliff. 497. t. 36.

Amaena mæsta. *Rumph. amb. 6. p. 47. t. 67. f. 1.*

♂ Senna spuria mimosæ foliis, floribus parvis nictitantibus. *Pluken. alm. 341.*
t. 314. f. 5.

Habitat in Indiis.

CASSIA (*procumbens*) foliis multijugis, caule procumbente. *Linn. sp. 543.*

Cassia americana procumbens herbacea, mimosæ foliis, floribus parvis,
siliquis angustis planis. *Comment. petrop. t. 11.*

Chamaecrista mariana, flore minore. *Petiv. mus. 243. n. 40.*

Habitat in Indiis.

POINCIANA (*alata*) caule inermi, foliis bipinnatis, foliolis ovato-oblongis. *Linn. sp. 544. Fl. zeyl. 159.*

Crista Pavonis flore elegantissimo variegato. Burm. zeyl. 79.

Gaju Japan Javanis. *D. Pryn.*

Habitat in Indiis.

POINCIANA (*bijuga*) aculeis solitariis, foliolis emarginatis. *Linn. sp. 544.*

Frutex pavonius, seu Crista Pavonis. Breyn. cent. 61. t. 22.

Crista Pavonis. Rumph. amb. 4. p. 53. t. 20.

Acacia gloriofa jamaicensis foliis minoribus subrotundis, spicis ad genicula simplicibus, floribus flavo purpureis. Pluken. alm. 5.

Habitat in Indiis.

Patra cōpala Javanis, ubi metatur: Cortex radicis recentis in febribus intermittentibus externe regioni hypochondriæ imponitur contra naufemam.

POINCIANA (*pulcherrima*) aculeis geminis. *Linn. sp. 544.*

Poinciana flore pulcherrimo. Tourn. inst. 619.

Crista Pavonis flore elegantissimo variegato. Burm. zeyl. 79.

Acacia orientalis gloriofa, coluteæ foliis, ad genicula spinis gemellis aculeata. Pluken. alm. 5.

Tsjetti.

DECANDRIA MONOGYNIA. 99

Tsjetti-mandaru. *Rheed. mal.* 6. p. 1. t. 1.

Habitat in Indiis.

Has binas, quoad florendi modum convenientes & antea conjunctas nunc separavit Cl. Linnæus ob aculeos. an fatis constantes?

CÆSALPINIA (*Sappan*) caule aculeato, foliolis oblongis inæquilateribus emarginatis. *Linn. sp.* 545. *Fl. zeyl.* 158.

Acacia major tintoria zeylanica Pansapan dicta. *Burm. zeyl.* 3.

Erythroxylum sive lignum rubrum indicum spinosissimum, coluteæ foliis, floribus luteis, siliquis maximis. *Herm. parad.* 332.

Acacia gloria sappan. *Rumph. amb.* 4. p. 56. t. 21.

Lignum sappan. *Rumph. amb.* 5. p. 89. t. 48.

Tsjam-pangam. *Rheed. mal.* 6. p. 3. t. 2.

Habitat in Indiis.

GUILANDINA (*Bonduc*) aculeata, pinnis ovatis, foliolis aculeis solitariis. *Linn. sp.* 545.

Acacia gloria, lentisci folio, spinosa, flore spicato luteo, siliqua magna muricata. *Pluken. alm.* 4. t. 2. f. 2.

Cæsalpinia aculeis recurvis, foliolis ovatis. *Linn. Fl. zeyl.* 157.

Lobus echinatus, fructu flavo, foliis rotundioribus. *Sloan. hist. jam.* 2. p. 40.

Frutex globulorum. *Rumph. amb.* 5. p. 89. t. 48.

Kitsjing Javanis.

Habitat in utraque India.

GUILANDINA (*Bonducella*) aculeata, pinnis oblongo ovatis, foliolis aculeis geminis. *Linn. sp.* 545.

Acacia que lobus echinatus Clusii, oculus cathi Lusitanis. *Burm. zeyl.* 4.

Lobus echinatus, fructu cælio. *Herm. prodr.* 348.

Crista Pavonis Glyzirrhizæ folio minor repens spinosissima, flore luteo spicato minimo, siliqua longissima echinata, semine rotundo cinereo.

Breyen. prodr. 2. app. 33. t. 28.

Globuli majores. *Rumph. amb.* 5. t. 49. f. 1.

Lobus echinatus, fructu cælio, foliis longioribus. *Sloan. hist. jam.* 2. p. 47.

Caretti. *Rheed. mal.* 2. p. 35. t. 22.

Jocan prectoe incolis.

Habitat in Indiis.

GUILANDINA (*Nugæ*) caule inermi, foliis petiolo primario subtus aculeis gemellis. *Linn. sp.* 546.

Nugæ sylvarum. *Rumph. amb.* 5. p. 94. t. 50.

Frutex Japan. *D. Kleinbof.*

β Kellar jayanis vel Moronga mas *D. Pryan*, quæ convenit cum illa, quæ Nugæ sylvarum minima a *Rumphio* dicitur. *amb.* 5. p. 94. t. 49. f. 2.

Habitat in Amboina & Java.

100 DECANDRIA MONOGYNIA.

GUILANDINA (*Moringa*) inermis, foliis subbipinnatis, foliolis inferioribus ternatis. Linn. sp. 546. Fl. zeyl. n. 155.

Moringa zeylanica, foliorum pinnis pinnatis; flore majore, fructu angustifolio. Burm. zeyl. 162. t. 75.

Morunga. Rumph. amb. 1. p. 184. t. 74. & 75. Rheed. mal. 6. p. 19. t. 14.

Lignum peregrinum aquam caeruleam reddens. Bauh. pin. 416.

Pretu-morunga. Incolis.

Habitat in Zeylona, Malabara, Amboina, Aegypto, Africa.

GUAIACUM (*afrum*) foliolis multijugis acutis. Linn. sp. 547.

Guilandinoides. Linn. H. Cliff. 489.

Acacia africana, quæ acaciæ similis, foliis myrthi parvis aculeatis pinnatis, flore coccineo tetrapetaloidi. Walth. hort. 2. t. 2.

Afra arbor acaciæ similis, foliis myrthi aculeatis splendentibus. Boerb. lugdb. 2. p. 57.

Habitat in China, Africa.

CYNOMETRA (*cauliflora*) trunko florifero. Linn. sp. 547. Fl. zeyl. 166.

Cynomorium. Rumph. amb. 1. p. 163. t. 62.

Naim-Nam: Javanis.

Habitat in India.

CYNOMETRA (*ramiflora*) ramis floriferis. Linn. sp. 547.

Cynomorium sylvestre. Rumph. amb. 1. p. 164. t. 63.

Iripa. Rheed. mal. 4. p. 65. t. 31.

Habitat in India.

ANACARDIUM (*occidentale*). Linn. sp. 548. Fl. zeyl. 165. Roy. lugdb. 463.

Anacardium occidentale Cajous dictum, officulo renis leporis figura. Burm. zeyl. 19.

Pomifera seu Prunifera indica, nuce reniformi summo pomo innascente; Cajous dicta. Raj. hist. 1649. Catesb. car. 3. p. 9. t. 9.

Acaiou. Pif. bras. 58. mant. 193.

Cassuvium. Rumph. amb. 1. p. 177. t. 69.

Casschou. Mer. Surin. 16. t. 16.

Kagiu. Boym. fl. siuenf. c. f. c.

Kapa mava. Rheed. mal. 3. p. 65. t. 54.

Jamboe maffon seu contoe moenjite. Javanis.

Habitat in Indis.

ADENANTHERA (*pavonina*) foliis decompositis utrinque glabris. Linn. sp. 550. Fl. zeyl. 160. Roy. lugdb. 462.

Poin-

DECANDRIA MONOGYNYIA. 101

- Poinciana* foliis duplicato-pinnatis, foliolis alternis. *Linn. H. Cliff.* 158.
Crista Pavonis arbor, foliis subrotundis alternis, flore spicato pentapetalō
 flavo, lobis longis, fructu orbiculato coccineo. *Burm. zeyl.* 80.
Phaseolus alatus arboreus, fructu orbiculato composito coccineo. *Herm.
 cat. lugdb.* 495.
Phaseolus alatus, arbor indica, fructu coccineo orbiculato medio utrim-
 que tumido. *Plukn. alm.* 294.
Corallaria parvifolia. *Rumph. amb.* 3. p. 173. t. 109.
Mandsiadi. *Rheed. mal.* 6. p. 25. t. 14.
 Habitat in India.

- ADENANTHERA** (*Falcataria*) foliis decompositis subtus tomentosis.
Linn. sp. 550.
Clypearia alba. *Rumph. amb.* 3. p. 176. t. 111.
 Habitat in Amboina.

- MELIA** (*Azedarach*) foliis bipinnatis. *Linn. sp.* 550. *Fl. zeyl.* 162. *Roy.
 lugdb.* 462. n. 2.
Azedarach. *Dad. pempt.* 843. *Burm. zeyl.* 40.
Arbor fraxini folio, flore cæruleo. *Baub. pin.* 415.
β Azederach semper virens & florens. *Tourn. inst.* 616. *Herm. lugdb.*
 app. 652.
Azadirachta indica, foliis ramosis minoribus, flore albo subcæruleo. *Com-
 mol. H. Amft.* 1. p. 147. t. 76.
 Syringæ species odore & sapore non dissimilis, Folla morgatje. *Acriku.*
 Javanis. *D. Pryn.*
 Habitat in Ceylon & Java.

- MELIA** (*Azadirachta*) foliis pinnatis. *Linn. sp.* 550. *Fl. zeyl.* 161. *Roy.
 lugdb.* 462. n. 1.
Azedarach foliis falcato-serratis. *Burm. zeyl.* 40. t. 15.
Azadirachta indica, foliis fraxini. *Breyer. ic.* 15. t. 1.
Olea malabarica Fraxini folio. *Plukn. alm.* 269. t. 247. f. 1.
Arbor indica Fraxino similis Oleæ fructu. *Baub. pin.* 416.
Aria bspou. *Rheed. mal.* 4. p. 107. t. 52.
 Intaram Cessa Javanis. *D. Kleinbof.*
 Habitat in India.

- MELIA** (*Koetjape*) foliis ternis.
Arbuscula barbadensis amplexicaulis triphylla. *Plukn. phyt.* 48. t. 145. f. 4.;
 quæ differt petiolis alatis.
Koeijape. Javanis, quæ stigmatibus quinque.
 Habitat in Java.

102 DECANDRIA MONOGYNIA.

PTEROCARPUS (*Draco*). *Linn. sp.* 1662. *Jacq. hist.* 283. *t.* 183. *f.* 92.

Draco arbor. *Loefl. it.* 266. *&* 273.

Draco arbor indica siliquosa Populi folio. *Commel. H. Amst.* 1. *p.* 213. *t.* 109.

Lingoum. *Rumph. amb.* 2. *p.* 205. *t.* 170.

Habitat in India.

Tab. 34. FAGONIA (indica) spinis geminis, foliis oppositis ovalibus.

f. 1. Fagonia indica ad alas spinosa, flore pentapetalo, fructu quinque capsulari; planta persica. Garzin. herb.

Habitat in Persia.

Rad. annua perpendicularis. *Caul.* herbaceus erectus teres glaber, ramis alternis. *Fol.* opposita subpetiolata ovali-oblonga integerrima glabra. *Spinae* ad ramorum exortum geminæ. *Pedunc.* in ramorum summo & axillares-uniflori, crassitie pili. *Flosculi* pentapetali lutei. *Fruct.* caps. quinquelocularis.

TRIBULUS (*lanuginosus*) foliolis quinquejugatis subæqualibus, seminibus bicornibus. *Linn. sp.* 553.

Tribulus terrestris zeylanicus, caulinis villosis, fructu acuminato. *Burm. zeyl.* 226. *t.* 106. *f.* 1.

Tribulus terrestris Indiæ orientalis, foliis viciæ subrotundis & villosis. *Tourn. inst.* 266.

Tribulus javanicus & persicus. *Garzin. herb.*

Habitat in Zeylona.

PROSOPIS (*spicata*).

Wannie Coromandeli incolis. *D. Outgaerden.*

Habitat Coromandeli.

Arbor. Fol. alterna conjugata pinnata, foliolis octojugis sine impari, similibus Tamarindo, pinnis oblongis obtusis. *Spiceæ* angustæ longæ terminales & axillares. *Flores* parvi. *Cal.* perianth. monophyllum hemisphaericum subquinquedentatum. *Cor.* petala quinque lancolata sessilia æqualia. *Stam.* filam. decem filiformia æqualia. *Anterae* didymæ obtusæ. *Pist. germen* oblongum. *Stylus* filiformis longitudine staminum. *Stigma* simplex. *Pericarp.* siliqua longa flatulenta unilocularis. *Sem.* plurima rotundato-oblonga colorata. *Conser.* Plukn. pbyt. *t.* 338. *pl.* 4. quæ ejusdem videtur generis.

LIMONIA (*acidissima*) spinis axillaribus solitariis rectis, foliis pinnatis, petiolis alatis.

Limonia malus sylvestris zeylanica, fructu pumilo. *Burm. zeyl.* 142.

Schinus foliis pinnatis, petiolo marginato articulato, spinis axillaribus solitariis. *Linn. Fl. zeyl.* 175.

Anisifolium. *Rumph. amb.* 2. *t.* 43.

Catu tsjieru naregam. *Rheed. mal.* 4. *p.* 31. *t.* 14.

Habitat in India.

Plantæ javanicæ petioli membranacei vix alati (uti in figuris) teste Kleinbuvio arbor est 30 pedes alta 10 polices crassa, folia spirant odorem anisi.



1. *FAGONIA indica*.
2. *JUSSIEA tenella*.

DECANDRIA MONOGYNIA. 103.

LIMONIA (*trifolia*) spinis axillaribus geminis, foliis ternatis ovatis: in- *Tab. 34.*
termedio impari majore, fructu solitario. *f. 1.*

Limonellus trifolius kimkit Javanis.

Habitat in Java.

Caul. fruticosus erectus teres levis; *Ramis* inter ad spinarum exortum incurvis.
Spinae geminae rectæ subulatae. *Folia* terna alterna petiolata inter spinas, foliolis ovatis
glabris subtus lucidis. *Flores* solitarii pedunculati. *Frukt.* pusilli rotundati. Plures hujus-
generis species vid. in *Rumph. amb. 2. a cap. 36. ad 41.*

JUSSIÆA (*repens*) floribus pentapetalis decandris, pedunculis folio longioribus. *Linn. sp. 555. Fl. zeyl. 169.*

Lysimachia fructu caryophylloideo kikarindia zeylonensis. *Burm. zeyl. 146.*

Lysimachia indica non papposa repens, flore pentapetalo, fructu caryo-
phyloide. *Raj. bist. 1510.*

Caryophylloides. *D. Pryn.* Patjar ajer Javanis.

Nir carambu. *Rheed. mal. 2. p. 99. t. 51.*

Habitat in India.

JUSSIÆA (*suffruticosa*) erecta villosa, floribus tetrapetalis octandris pe-
dunculatis. *Linn. sp. 555.*

Ludwigia capsulis oblongis uncialibus. *Roy. lugdb. 252. n. 2.*

Lysimachia indica non papposa, flore luteo minimo, siliquis caryophyllum
aromaticum æmulantibus. *Herm. lugdb. 396.*

Carambu. *Rheed. mal. 2. p. 95. t. 49.*

§ **Cattu-carambu.** *Rheed. mal. 2. p. 97. t. 50.* quæ in speciminibus javani-
cis foliis est obpositis.

Habitat in India.

JUSSIÆA (*recta*) glabra, floribus tetrapetalis octandris sessilibus. *Linn.*
sp. 556. Fl. zeyl. 170.

Ludwigia capsulis oblongis. *Linn. H. Cliff. 491.*

Onagra persicæ foliis amplioribus, parvo flore luteo. *Plum. sp. 7. t. 175. f. 22.*

Lysimachia lutea non papposa erecta, foliis glabris, fructu caryophyllo-
de. *Sloan. bist. jam. I. p. 37. t. II. f. I.*

Jasminum catalonicum, flore luteo. *Seb. thes. I. p. 42. t. 26. f. 3.*

Herba vitiliginum. *Rumph. amb. 6. p. 49. t. 21. f. I.*

Seroen-jayer. Javanis.

Crescit in utraque India.

JUSSIÆA (*tenella*) glabra, floribus pentapetalis erectis subsessilibus, foliis *Tab. 35.*
oppositis. *f. 2.*

Camarambaya. *Marcgr. bist. I. p. 30. f. I..*

Caryophylloides javanice bongo. *D. Pryn.*

Habitat in Java.

Caules glabri, *ramis* alternis. *Folia* opposita linearis lanceolata integerrima. *Flor.* axillares
subpetiolati. *Capitula* oblongæ polypermæ.

QUIS.

104 DECANTRIA MONOGYNIA.

Tab. 35. QUISQUALIS (pubescens) pedunculis alternis. Linn. sp. 556.

f. 2. Quisqualis. Rumph. amb. 5. p. 71. t. 38.

Tab. 28. β Quisqualis (glabra) pedunculis oppositis.

f. 2. Oecani. Javanis.

Habitat in Amboina.

Tab. 32. DAIS (octandra) floribus quadrifidis octandris.

f. 2. Kampang Garang. Javanis.

Habitat in Java.

Fol opposita laurina petiolata lavia elliptico-oblonga acuminata. Involucrum unum alterumve pedunculatum terminale, floribus brevius. Flores glabri, staminibus octo quibus ab hac classe differt.

CHALCAS (*Camuneng*).

Camunium. Rumph. 5. p. 26. t. 17.

Daun Cammuni. Kleinhof. ubi notatur: frutex est viginti quinque pedes altus, ob fragrantissimos albos flores in hortis colitur, & ad sepes formandas lignum adhibetur.

Habitat in Java.

Frutex laevis. Fol. alterna subovata petiolata obsolete crenata. Flores paniculati terminales. Cal. perianth. quinquepartitum minimum: foliolis erectis subulatis persistentibus. Cor. campanulata. Petala quinque ovato oblonga majuscula unguibus oblongis. Stam. filaments decem subulata erecta, corolla dimidio breviora. Anthers subrotundae. Pist. germen subrotundum. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma capitato - verrucosum. Peric. Bacca oblonga. Sem. bina tomentosa.

*MELASTOMA (*malabathrica*) foliis integerrimis quinque nervis lanceolato-ovatis scabris. Linn. sp. 559. Fl. zeyl. 171.*

Melastoma quinque nervia hirta major, capitulis sericeis villosis. Burm. zeyl. 155. t. 73.

Cistus indicus quinque nerveus, capitulis sericeis pulpa nigra refertis, major. Herm. mus. zeyl. 10.

Datura indica, folio malabathri. Breyn. cent. 119. t. 55.

Fragarius niger. Rumph. amb. 4. p. 137. t. 72.

Kadali maderaspatana-pentaneuros, foliis eleganter hirtis. Petio. herb.

Kadali. Rheed. mal. 4. p. 87. t. 42.

Scanganii Biroerong incolis.

Habitat in India.

*MELASTOMA (*hirta*) foliis denticulatis quinque nerviis ovato-lanceolatis, caule hispido. Linn. sp. 559.*

Grossulariae fructu non spinosa, malabathri foliis, longa & ruffa lanugine hirsutis, fructu majore cæruleo. Sloan. hist. jam. 2. p. 85. t. 197. f. 2.

Raj. dendr. 74.

Ar-

P. 103.

T. 35.



1. *LIMONIA trifolia*.

2. *QUISQUALIS pubescens*.

DECANDRIA MONOGYNIA. 105

Arbuscula jamaicensis, quinque nervis minutissime dentatis foliis & caule pubescentibus. *Plukn. alm.* 40. t. 264. n. 1.

Kalou-kadali. *Rheed. mal.* 4. p. 91. t. 43.

Agrimoniae congener indica. *Garzin. herb.*

Habitat in Indiis.

Cum figuris citatis convenit nostra *planta*, pilis ferrugineis lanuginosa, videturque diversa a *Plum. ic.* 141. & *Plukn. t.* 265. f. 1. *foliis* ovatis acuminatis crassis quinque nervis, *venis* plurimis intertextis villosis. *Pedunculi* axillares racemosi, *pedicellis* brevibus oppositis, ad quorum exortum *bracteæ* lanceolatae. *Flos* inferus. *Cal.* peristens. *Peric.* subrotundum.

MELASTOMA (*aspera*) foliis integerrimis trinerviis lanceolatis scabris.

Linn. sp. 560. *Fl. zeyl.* 560.

Fragarius ruber. *Rumph. amb.* 4. t. 71. p. 135.

Kadali. *Rheed. mal.* 4. p. 87. t. 42.

Habitat in India.

MELASTOMA (*octandra*) foliis integerrimis trinerviis ovatis glabris, margine hispidis. *Linn. sp.* 560. *Fl. zeyl.* 173.

Melastoma scabra trinervia. *Burm. zeyl.* 154. t. 72.

Cistus indicus trinervius angustifolius, flore roseo, seminibus pulpa nigra inclusis. *Herm. mtsf. zeyl.* 36.

Melastoma scabra trinervia, foliis oppositis oblongis. *D. Pryan.*

Caduk duk Javanis.

Habitat in India.

MELASTOMA (*crispata*) foliis integerrimis quinque nerviis quaternis, ramis crispatis. *Linn. sp.* 560.

Funis murænarum. *Rumph. amb.* 5. p. 66. t. 35.

Habitat in Amboina.

D I G Y N I A.

DIANTHUS (*chinensis*) floribus solitariis, squamis calycinis subulatis patentibus tubum æquantibus, corollis dentatis. *Linn. sp.* 588. *Roy. lugdb.* 443. n. 4.

Caryophyllus sinensis supinus leucoji folio, flore unico. *Tourn. atl.* 1705. p. 18. f. 5. *Mill. ic.* 81. f. 2.

Tunica javanica. *D. Kleinb.*

Habitat in China & Java, unde saepius cum seminibus missa.

106 . . . DECANDRIA TRIGYNIA.

BANISTERIA (*benghalensis*). foliis ovato oblongis acuminatis, racemis lateralibus, seminibus patentibus. *Linn. sp. 611. Fl. zeyl. 176.*

Acer benghalensis laurinis foliis, fructu tergeminio, toulidem membranis exstantibus alata. *Pluken. alm. 7. t. 3. f. 1.*

Acer scandens, foliis citri, flore cæruleo spicato. *Plum. sp. 18. it. 14.*
Loo-utan Javanis, cum quo melius convenire videtur. *Pluken. fig. 3. t. 336.*
foliis integerrimis.

Crescit in utraque India.

P E N T A G Y N I A.

AVERRHOA (*Bilimbi*). caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtusangulis. *Linn. sp. 613. Fl. zeyl. 177.*

Blimbingium teres. *Rumph. amb. 1. p. 118. t. 36. Boym. fl. sinensis. P. f. P. 2.*
Bilimbi. *Rheed. mal. 3. p. 55. t. 45, 46.*

Habitat in India.

AVERRHOA (*Carambola*) axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis. *Linn. sp. 613. Fl. zeyl. 178.*

Mala goënsia, fructu octangulari, pomi vulgaris magnitudine. *Baub. pin. 433.*
Malus indica sennæ occidentalis foliis, fructu acido parvo pentagono sulcato, floribus rubris. *Burm. zeyl. 148.*

Prunum stellatum. *Rumph. amb. 1. p. 115. t. 35.*

Tamara-tonga s. carambolas. *Rheed. mal. 3. p. 51. t. 43, 44.*

Kamarangha cinghalensium, fructu flavo oblongo sulcato quinquangulo, malaice Carambolas. *Herm. herb.*

In omnibus Indiæ provinçiis invenitur.

Cinghalenses vaginas ex hoc ligno conficiunt, quibus cultros & gladios includunt, (nemo enim eorum sine cultro in publicum exire solet) creduntque huius arboris lignum secum gestatum aut in cubiculo servatum valere adversus veneficia & incantationes, teste Hermanno in ejus herbario.

AVERRHOA (*acida*) ramis nudis fructificantibus, pomis subrotundis. *Linn. sp. 613. Fl. zeyl. 179.*

Malus indica, fructu parvo rotundo acido striato. *Burm. zeyl. 148.*

Blimbi altera minor. *Raj. bist. 1450.*

Neli-pouli. *Rheed. mal. 3. p. 57. t. 47. & 48.*

Cheramela. *Rumph. amb. 7. p. 34. t. 17. f. 2.*

Habitat in India.

COTYLEDON (*laciñata*) foliis trifidis, floribus quadrifidis. *Linn. sp. 615.*
Roy. lugdb. 454. n. 1.

Cotyledon afra, folio crasso lato laciñato, flosculo aureo. *Boerh. lugdb. 1.*
p. 288. t. 288.

DECANDRIA PENTAGYNIA. 107

Telephium indicum. *Bont. jav.* 132.

Telephium africanum angustiori folio, flore aurantiaco. *Plukn. alm.* 362.
t. 228. f. 3.

Planta anatis. *Rumph. amb.* 5. p. 271. t. 95.

Tsjakker-bebu Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in India, Africa, Ægypto.

OXALIS (sensitiva) scapo umbellifero, foliis pinnatis. *Linn. sp.* 622. *Fr zeyl.* 180.

Oxys indica Tamarindi foliis, floribus umbellatis. *Burm. zeyl.* 178.

Oxaloides malabarica sensitiva, caule viridi glabro, flore luteo. *Garzin.*
att. angl. 1730. p. 379. t. 2.

Herba mimosæ malabarensium. *Zanon. bijt.* 199. t. 61.

Herba sentiens. *Rumph. amb.* 5. p. 301. t. 104. f. 2.

Herba viva. *Clus. exot.* 290.

Herba viva, foliis polypodii. *Baub. pin.* 259.

Todda-vaddi. *Rheed. mal.* 9. p. 23. t. 19.

Tacot-manucia. Indiapara Javanis.

Habitat in India.

OXALIS (corniculata) caule ramoso diffuso, pedunculis umbelliferis.

Linn. sp. 623. *Roy. lugdb.* 458. no. 4.

Oxys flore flavo. *Clus. bijt.* 2. p. 249.

Oxys flore luteo vulgaris minor zeylanica. *Burm. zeyl.* 179.

Oxys lutea indica, Daun-afan-kitsjil. *Rumph. amb.* 5. p. 277..

Trifolium acetosum corniculatum luteum minus procumbens. *Moris. bijt.* 2.
p. 183. f. 2. t. 17. f. 2.

Habitat in India aliisque regionibus.

Distincta semper varietas quotannis ex Java mittitur radice repente.

DECAGYNA.

PHYTOLACCA (octandra) floribus octandris octagynis. *Linn. sp.* 631.
ubi descr.

Phytolacca mexicana, bacca sessilibus. *Dill. elth.* 218. t. 239. f. 308.

Jamma-gobo. *Kem. h. amon.* 828. t. 829.

Habitat in Mexico, Japan et Java.

PHYTOLACCA (icosandra) floribus icosandris decagynis. *Linn. sp.* 631.
ubi descr.

Phytolacca spicis florum longissimis, radice annua. *Mill. dict.* t. 207.

Habitat in Malabaria.

108 DODECANDRIA MONOGYNYA.

RHIZOPHORA (*conjugata*) foliis ovato-oblongis obtusisculis integreris, mis, calycibus sessilibus, fructibus cylindraceo-subulatis. *Linn. sp. 634.*
Fl. zeyl. 181.

Habitat in Zeylona.

RHIZOPHORA (*gymnorhiza*) foliis ovato-lanceolatis integrerimis, radice terræ superi npolitæ. *Linn. sp. 634.*

Mangium celsum. *Rumph. amb. 3. p. 102. t. 68.*

Candel. *Rheed. mal. 6. p. 57. t. 31, 32.*

Habitat in Indiæ ripis salfis.

RHIZOPHORA (*candel*) foliis obtusis, pedunculis bigeminatis folio longioribus, fructibus subulatis. *Linn. sp. 634.*

Tsierou kandel. *Rheed. mal. 6. p. 63. t. 35.*

Habitat in India.

RHIZOPHORA (*Mangle*) foliis acutis, fructibus subulato-ciliatis. *Linn. sp. 634. Jacq. bist. t. 82.*

Mangle arbor pyrifolia, salfis & uliginosis locis proveniens, fructu oblongo tereti summis ramis radicosa. *Plukn. alm. 241. t. 204. f. 3.*

Mangle pyri foliis cum siliquis longis, Ficui indicæ affinis. *Baub. bist. 1. p. 415. Sloan. bist. jam. 2. p. 63.*

Mangium Candelarum. *Rumph. amb. 3. p. 108. t. 71. ♂ 72.*

Pee-kandel. *Rheed. mal. 6. p. 91. t. 34.*

Habitat in locis paludosis utriusque Indiæ.

RHIZOPHORA. (*cylindrica*) fructibus cylindricis obtusis. *Linn. sp. 635.*

Mangium minus. *Rumph. amb. 3. p. 106. t. 69.*

Kari-kandel. *Rheed. mal. 6. p. 59. t. 33.*

Habitat in Indiæ uliginosis.

RHIZOPHORA (*corniculata*) foliis ovatis, floribus confertis, fructibus arcuatis mucronatis. *Linn. sp. 635.*

Mangium fruticosum-corniculatum. *Rumph. amb. 3. p. 117. t. 77.*

Habitat in Moluccis.

RHIZOPHORA (*caseolaris*) foliis ovatis obtusis, floribus solitariis, fructibus orbiculatis depresso mucronatis. *Linn. sp. 635.*

Mangium caseolare. *Rumph. amb. 3. p. 111. t. 73. ♂ 74.*

Habitat in Moluccis.

DODECANDRIA MONOGYNIA. 109

RHIZOPHORA (*caryophylloides*) foliis ovatis acuminatis, floribus confertis, fructibus conicis coronatis.

Mangium *caryophylloides*. Rumph. amb. 3. p. 119. t. 78.

♂. Mangle alba *coriaria*, folio densiusculo subrotundo glabro, fructu forma *Caryophylli* aromatici majore. Plukn. alm. 241. t. 204. f. 4.

Habitat in India.

GARCINIA (*Mangostana*) foliis ovatis, pedunculis unifloris. Linn. sp. 635.

Mangostana. Garzin act. angl. 431. t. 1. Bont. jav. 115. Rumph. amb. 1. p. 132. t. 43.

Laurifolia javanensis. Banb. pin. 461.

Habitat in Java.

GARCINIA (*celebica*) foliis lanceolatis, pedunculis trifloris. Linn. sp. 633.

Mangostana celebica. Rumph. amb. 1. p. 134. t. 44.

Habitat in India.

CRATEVA (*Tapia*) inermis, foliis integerrimis, foliolis lateralibus basi antrica brevioribus. Linn sp. 637. Fl. zeyl. 211.

Apioscordon s. arbor americana triphyllus, Allii odore poma ferens. Plukn. alm. 34. t. 137. f. 7.

Malus americana trifolia, fructu pomi aurantii instar colorato. Commel. H. Amß. 1. p. 129. t. 67.

Anona trifolia, flore stamineo, fructu sphærico ferrugineo scabro minore, allii odore. Sloan. hist. jam. 2. p. 169.

Nurralla. Rheed. mal. 3. p. 49. t. 42.

Habitat in utraque India.

CRATAEVA (*Marmelos*) spinosa, foliis serratis. Linn. sp. 637. Fl. zeyl. 212.

Cucurbitifera trifolia spinosa indica, fructu pulpa cydonii æmulo. Plukn. alm. 125. t. 170. f. 5.

Cydonis exotica. Baub. pin. 435. quæ marmelos arbor. Burm. zeyl. 84.

Bilacus. Rumph. amb. 1. p. 197. t. 81.

Covalam. Rheed. mal. 3. p. 37. t. 37.

Mespilus indica trifolia spinosa, odore Rosæ, marmelos dicta. Beli. cingh. Herm. herb.

Habitat in India.

Ex fibris aqua, omni rom. polarum æmulans, paratur, ex fructuum vero pulpa conficitur caro livida marmelada antidyseptica gratissima. Herm. herb.

TRIUMFETTA (*Bartramia*) foliis basi integris Linn. sp. 638.

Triumphetta floribus calyculatis, foliis rombeo-ovatis. Jacq. amoen. 22. hisp. t. 9.

Bartramia. Linn. Fl. zeyl. 174.

110 DODECANDRIA MONOGYNIA.

Alcea indica, floribus rosaceis parvis, fructibus parvis quinque partitis hispidis lappaceis. *Burm. zeyl.* 9.

Malvinda flosculis pusillis exiliuteo purpureis, foliis angulosis. *D. Pryon.*

Lappula benghalensis tetraspermous, *Ribesii folio*, *echinis orbicularibus ad foliorum ortum plurimis simul sessilibus.* *Pluken. alm.* 206. t. 41. f. 5.

Agrimonia maderaspatana, *folio rotundo singulari subtus incano.* *Petiv. gaz.* 31. t. 32. f. 10.

Lappago amboinica. *Rumph. amb.* 6. p. 59. t. 25. f. 2.

Pulutan javanis, quæ differt foliis cordatis & ovatis.

Habitat in Indiis.

TRIUMFETTA (*Lappula*) foliis basi emarginatis. *Linn. sp.* 637. *Roy. lugdb.* 476.

Lappula bermudensis althæoides spicata, fructu orbiculari majore. *Pluken. alm.* 206. t. 245. f. 7. cum qua Javanica optime convenit.

Habitat in India utraque.

POR TULACA (*oleracea*) foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. *Linn. sp.* 638. *Roy. lugdb.* 473. n. 1.

Portulaca sativa & *sylvestris latifolia* & *angustifolia.* *Baub. pin.* 288.

Portulaca domestica. *Lob. ic.* 388.

Golang Portulan javanis, quæ foliis minoribus.

Habitat in Indiis, Europa & Africa.

LYTHRUM (*fruticosum*) foliis oppositis subtus tomentosis, floribus decandris, corollis calyceque genitalibus brevioribus. *Linn. sp.* 641.

Habitat in China.

D I G Y N I A.

ZALEYA (decandra).

Tab. 36. Wullei Tsjarne. Coromandeli incolis, unde missa.

Caul. herbaceus procumbens sulcatus pubescens albicans. *Fol.* opposita petiolata ovalia margine integerrima. *Flor.* axillares minimi 4-tei. *Cal.* per. inferum pentaphyllum, foliolis ovatis intus coloratis. *Cor.* nulla. *Stam.* filam. duodecim capillaria, *Antb.* subrotundæ. *Pist.* germ. superum retusum. *Styl.* duo filiformes. *Capsula* articulata bilocularis. *Sem.* duo, supra & infra, longiuscula quadrangularia.

T R I G Y N I A.

EUPHORBIA (*antiquorum*) aculeata subnuda triangularis articulata, ramis patentibus. *Linn. sp.* 646. *Fl. zeyl.* no. 199. *Roy. lugdb.* 194. n. 2.

Euphorium trigonum spinosum rotundifolium. *Ishard. act.* 1720, p. 50. *Burm. zeyl.* 96.

Eu.

DODECANDRIA TRIGYNIA. 111

Euphorbium verum antiquorum. Commel. H. Amst. I. p. 23. t. 12.

Schadidacalli. Rheed. mal. 2. t. 42. p. 81.

β *Euphorbia aculeata nuda triangularis articulata, ramis erectis. Mill. dict.*

Euphorbium trigonum & tetragonum spinosum, ramis compressis. Ifnard. act. 1720. p. 50. Burm. zeyl. 96.

Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis articulosus & spinosus, ramis compressis. Commel. præl. 55. t. 5.

Rangiferi cornua referens planta zeylanica sandricalli zeylonensis. Herm. par. pr. 368.

Habitat in India.

EUPHORBIA (*neriifolia*) aculeata seminuda, angulis oblique tuberculatis. Linn. sp. 648. Fl. zeyl. 200. Roy. lugdb. 194. n. 1.

Euphorbium afrum spinosum, foliis latioribus non spinosis. Scb. thes. I. p. 18. t. 9. f. 1.

Euphorbium spinosum, amplio Nerii folio. D. Ifnard. act. 1720. p. 386.

Euphorbio-Tithymalus spinosus, caule rotundo & angulofo, Nerii foliis latioribus & angustioribus. Burm. zeyl. 95.

Tithymalus indicus spinosus Nerii folio. Commel. H. Amst. I. p. 25. t. 13.

Tithymalus zeylanicus spinosus arborescens. Plukn. phyt. 369. t. 230. f. 4.

Tithymalus aizoides arborescens spinosus, caudice angulari Nerii folio.

Commel. præl. 22. t. 6. Brasl. I. p. 25. t. 13.

Ligularia. Rumph. amb. 4. p. 88. t. 40.

Ela-calli. Rheed. mal. 2. p. 83. t. 43.

Habitat in India & Africa.

EUPHORBIA (*Tirucalli*) inermis seminuda fruticosa filiformis erecta, ramis patulis determinate confertis. Linn. sp. 649. Roy. lugdb. 195. n. 8.

Tithymalus ramosissimus frutescens pene aphyllus. Burm. zeyl. 223.

Tithymalus indicus frutescens. Commel. H. Amst. I. p. 27. t. 14.

Tithymalus arborescens, caule aphylo. Plukn. phyt. 368. t. 319. f. 6.

Ossifraga lutea. Rumph. amb. 7. p. 62. t. 29.

Tirucalli. Rheed. mal. 2. p. 85. t. 44.

Habitat in India.

EUPORBIA (*hypericifolia*) dichotoma, foliis ferratis ovali-oblongis glabris, corymbis terminalibus, ramis divaricatis. Linn. sp. 650. Roy. lugdb. 196. n. 16.

Euphorbia minima reclinata, foliolis ovatis denticulatis, floribus subumbellatis terminalibus lateralibusque. Brown. jam. 235.

Tithymalus americanus, foliulis albis. Commel. præl. 60. t. 60.

Tithymalus erectus acris Peltariæ foliis glabris, floribus conglomeratis, Sloane hist. jam. I. p. 197. t. 126.

Habitat in Indiis.

112 DODECANDRIA TRIGYNTA.

EUPHORBIA (*hirta*) dichotoma, foliis serrulatis ovatis acuminatis, pedunculis capitatis axillaribus, caulinis pilosis. *Linn. sp. 651. Fl. zeyl. 197.*
 Euphorbia reclinata minor subhirsuta, foliis ferratis. *Brown. jam. 234.*
 Tithymalus botryoides zeylanicus, caulinis villosis. *Burm. zeyl. 223. t. 104.*
 Tithymalus botryoides major hirsutus zeylanicus, foliis & caulinis villosis. *Plukn. alm. 373.*
 Esula esculenta. *Rumph. amb. 6. p. 54. t. 23. f. 2.*
 Habitat in India.

EUPHORBIA (*pilulifera*) dichotoma, foliis ferratis ovali-oblongis, pedunculis bicapitatis axillaribus, caule erecto. *Linn. sp. 651.*
 Tithymalus botryoides erectus, florum capitulis conjugatis & longiori pediculo insidentibus. *Burm. zeyl. 224. t. 105. f. 1.* *Petiv. gazoph. t. 80. f. 14.*
 Habitat in India.

EUPHORBIA (*parviflora*) subdichotoma, foliis ferratis oblongis glabris, floribus solitariis, caule erectiusculo alterne ramoso. *Linn. sp. 652.*
 Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. *Burm. zeyl. 224. t. 105. f. 2.*
 Tithymalus tenellus indicus chamæcyses foliis, flosculis incarnatis. *Herm. zeyl. 47.*
 Tithymalus malabaricus & zeylanicus argenteus, Buxi folio. *Herb. Garzin.*
 Habitat in Zeylona.

EUPHORBIA (*thymifolia*) dichotoma, foliis ferratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis, subsessilibus, caulinis procumbentibus. *Linn. sp. 651. Fl. zeyl. 198. Roy. lugdb. 196. n. 15.*
 Tithymalus indicus annuus dulcis, floribus albis, caulinis viridantibus & rubentibus. *Plukn. alm. 372. t. 113. f. 2.*
 Tithymalus exiguis procumbens chamæcyse dictus. *Herm. lugdb. 602.*
 β Tithymalus humilis ramosissimus hirsutus, foliis Thymi ferratis. *Burm. zeyl. 225. t. 105. f. 3.*
 Habitat in India.

P E N T A G Y N I A.

Tab. 36. GLINUS (*lotoides*) caule tomentoso, foliis obovatis, verticillis rarioribus subpedunculatis.
f. 2.
 Glinus. *Linn. sp. 603. Gron. orient. 143.*
 Alsine lotoides sicula. *Boccon. sicut. 21. t. 11. Motis. hist. 2. p. 552.*
 Portulaca bætica, luteo flore, spuria aquatica. *Batt. rar. 478. ic. 336.*
 Mercurialis incana, Veronicæ folio albo. *D. Kleinhof. malicie Boelyong-piat.*
 Habitat in India aliisque plagis.

1. *GLINUS lotoides*.2. *— ononides*.3. *CORCHORUS jaranicus*.

DODECANDRIA: PENTAGYNIA. 113

GLINUS (ononides) caule glabro, foliis obovatis, verticillatis numerosis *Tab. 36.*
f. 2.
sessilibus.

Planta repens argentea tora, quando erumpit e terra: malaice aud-gam
pait. *D. Pryon.*

Præcedenti minor & habitu differens; caul. glaber, qui in antecedenti tomento obductus.
Fol. opposita ramis axillaribus; *Verticilli* ad singulas alas sessiles multilobri. *Calyx*; fo-
liola linearia acuminata glabra. *Corolla* lutea calycis magnitudine.

GLINUS (dictamnoides) caule rugoso, foliis orbiculatis planis tomentosis,
floribus axillaribus subverticillatis.

Alsine lotoides, dictamni cretici facie, maderaspatana. *Pluken. alnaltb.* t.
356. f. 6.

Habitat in India.

O C T O G Y N I A.

ILLICIUM (anisatum). *Linn. sp. 664.*

Somo vulgo Skimmi. *Kæmpf. amoen. 880.* t. 881.

Habitat in Japonia & China.

I C O S A N D R I A M O N O G Y N I A.

PSIDIUM (pyriferum) foliis lineatis obtusiusculis, pedunculis unifloris.
Linn. sp. 672. Fl. zeyl. 192.

Guajava alba dulcis. *Cominel. H. Amft. 1. p. 121. t. 63. Merian. surin.*
19. t. 19.

Guajava foliorum angulis quadrangulis, fructu oblongo. *Trew. ebr. t. 43.*

Guajavos fructu pallido dulci. *Burm. zeyl. 112.*

Cujavus domestica. *Rumph. amb. 1. p. 140. t. 47. Boym. fl. sinens. K. f. K.*

Pela. *Rheed. mal. 3. p. 31. t. 34.*

Habitat in Indiis.

PSIDIUM (pomiferum) foliis lineatis acuminatis, pedunculis trifloris.
Linn. sp. 672.

Guajava alba acida, fructu rotundiore. *Pluken. alm. 181. t. 193. f. 4.*

Guajabo pomifera indica, pomis rotundis. *Baub. pin. 437.*

Cujavus agrestis. *Rumph. amb. 1. p. 142. t. 48. Merian. surin. 57. t. 57.*
Boym. fl. sinens. T. f. T.

Guajava sylvatica, flore pentapetalo albo, fructu viridi, mali facie, pulpa
interiore rubra, esculenta tota. *D. Pryon.*

Malacca. Pela. *Rheed. mal. 3. p. 33. t. 35.*

Habitat in Indiis.

114 NICOS ANDRIA MONOGYNIA.

PSIDIUM (*cujavillus*) foliis lineatis ovato-lanceolatis, pedunculis sub-bifloris.

Cujavillus. Rumph. amb. 19 p. 145. t. 49. P. 146. t. 50. B. 147. t. 51.
Habitat in India.

Polia in specimine sicco, hoc nomine ex Java missa, sunt profunde lineatae durissulae rugosae & tomentosa.

EUGENIA (*malaccensis*) foliis integerrimis, pedunculis ramosis lateraliibus, Linn. sp. 672. Fl. zeyl. 1871.

Perfici officio fructus malaccensis rubens. Baub. pin. 44.

Jambos sylvestris, fructu rotundo, Cerasi magnitudine. Burm. zeyl. 125.

Jambosa domestica. Rumph. amb. I. p. 121. t. 37 & 38.

Nati-schambu. Rheed. mal. I. p. 29. t. 18. Raj. hist. 1748.

Arbusor Gresser incolis.

Habitat in India.

EUGENIA (*jambos*) foliis integerrimis, pedunculis ramosis terminalibus. Linn. sp. 672. Fl. zeyl. 188.

Jambos malaccensis, fructu aureo, rosam spirante. Burm. zeyl. 124.

Jambosa sylvestris alba. Rumph. I. p. 127. t. 39.

Perfici officio fructus malaccensis ex candido rubescens. Baub. pin. 441.

Malacca schambu. Rheed. mal. I. p. 27. t. 47.

Jamboe Tjeroyoe, ajer mauhar. Incolis.

Habitat in India.

EUGENIA (*aqua*) foliis integerrimis, pedunculis quadrifloris, pomis quinquelocularibus.

Jambosa aqua. Rumph. amb. I. p. 126. t. 38. f. 2.

Habitat in Ambonias.

EUGENIA (*uniflora*) foliis integerrimis, pedunculis unifloris lateralibus.

Linn. sp. 673. Fl. zeyl. 189. Roy. lugdb. 265.

Eugenia indica myrti folio deciduo, flore albo, fructu suaverubente molli leviter sulcato & odoro. Mich. gen. 226. t. 108.

Myrtus indica, foliis rigescientibus latis ac recurvis parum odoratis. Till. pif. 117. t. 44.

Jambou Oudang. Incolis.

Habitat in India.

EUGENIA (*acutangula*) foliis crenatis, pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. Linn. sp. 673. Fl. zeyl. 190.

Jambos sylvestris samstra radi dictus alter. Raj. hist. 1480. Commel. Fl. mal. 36.

Butonica terrestris rubra. Rumph. amb. 31 p. 181. t. 115.

Tjeria samstra vadi. Rheed. mal. 4. p. 15. t. 7.

Habitat in India.

EU.

ICOSANDRIA MONOGYNIA. 115

EUGENIA (racemosa) foliis crenatis, racemis longissimis, pomis ovatis.

Linn. sp. 673. Fl. zeyl. 191.

Butonica sylvestris alba. Rumph. amb. 3. p. 181. t. 116.

Samstra vadi s. Caipatsiambu. Rheed. mal. 4. p. 11. t. 6.

Habitat in India.

MYRTUS (communis) floribus solitariis, involucro diphyllo. Linn. sp. 673.
foliis ovato-lanceolatis.

Myrtus amboinensis. Rumph. amb. 2. p. 78. t. 18.

Caria-Poeti incolis.

Habitat in Asia, Africa, Europa.

MYRTUS (cumini) pedunculis multifloris, foliis lanceolato-ovatis. Linn.
sp. 675. Fl. zeyl. 185.

Jambosa ceramica. Rumph. amb. 1. p. 130. t. 41.

Aukenda zeylanensis, Caria-Poeti Javanis.

Arbor zeylanica cuminum redolens. Burm. zeyl. 27.

Habitat in Zeylona & Amboina.

In Hermanni herbario occurrit planta floribus corymbosis longe pedunculatis, cuius Folia cum hacce convenient, ubi ab ipso Herm. notatur: Fructus & cortex hujus Arboris Oleum præbent maxime spirituosum, Cumimum redolens.

MYRTUS (zeylanica) pedunculis multifloris, foliis ovatis subpetiolatis.
Linn. sp. 675. Fl. zeyl. 182.

Myrtus zeylanica odoratissima, baccis niveis monococcis. Herm. lugdb.
434. t. 435.

Myrtoides foliis ovatis. Linn. H. Cliff. 489. Roy. lugdb. 535.

Vitis idæa zeylanica odoratissima. Burm. zeyl. 230.

Habitat in Zeylona.

Foliorum decoctionis magni usus est apud Cinghalenses in morbis chronicis & phlegmate
ortis; baccæ sunt niveæ molliusculæ modice cum dulcedine adstringentes. Herm. herb.

MYRTUS (androsmoides) pedunculis trifido-multifloris, foliis subovali-
bus sessilibus. Linn. sp. 675. Fl. zeyl. 184.

Arbor foliis Androsæmi latioribus, plurimas baccas in summitate ramulo-
rum ferens. Burm. zeyl. 29.

Habitat in Zeylona.

MYRTUS (caryophyllata) pedunculis trifido-multifloris, foliis obovatis.
Linn. sp. 675. Fl. zeyl. 183.

Caryophyllus aromaticus indiæ occidentalis, foliis & fructu rotundis.
Pluk. aln. 188. t. 155. f. 3.

116 ICOSANDRIA MONOGYNIA.

Cerasus humilis umbellata, flosculis incarnatis, fructu mortinghos dicto.
Burm. zeyl. 57.
Habitat in Indiis.

MYRTUS (pimenta) foliis alternis. *Linn. sp.* 676. *Fl. zeyl.* 186.
Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis. *Sloan. hist. jam.* 2. p. 76. t. 191. f. 1.
Myrtus foliis oblongo-ovatis glabris alternis, racemis terminalibus & lateralis.
Brown. jam. 247.
Caryophyllus aromaticus americanus, Lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. *Pluken. alm.* 88. t. 155. f. 4.
Habitat in Indiis.

MYRTUS (leucadendra) baccis sessilibus urceolatis, foliis lanceolatis.
Linn. sp. 67.
Myro leucadendron foliis integris lanceolato-inflexis, floribus staminosis,
fructibus urceolatis. *Burm. obs. ad lib.* 2. c. 25. *Herb. Amb. Rumph.*
Daun Kitsjil & *Daun Bezbari* incolis.
Arbor alba. Rumph. amb. 2. p. 72. t. 16. major. &c. *Tab.* 17. minor.
Cajus Poeti species.
Habitat in Amboina & Java.

MYRTUS (faligna) spicis terminalibus, baccis sessilibus urceolatis, foliis
lineari lanceolatis integerrimis.
Arbor alba minor, *Daun poeti kitsjil. Rumph. amb.* 2. p. 76. t. 17. f. 2.
Myro Leucadendron foliis lanceolatis acutis, storibus & fructu spicatis.
Burm. ibid. in notis.
Habitat in Amboina & Java, unde missa.

Differet a precedenti quod multo tenerior, *ramis* pluribus sparsis, *folia* salicis angustifoliis instar, *spicae* terminales, *floribus* oppositis, *stylus* persiliens, *bacca* urceolatae. Binæ ultimæ arbores pretiosum & eximum valde oleum caju poeti præbent, in morbis paralyticis & arthriticis adeo decantatum.

FUNICA (Granatum) foliis lanceolatis, caule arboreo. *Linn. sp.* 676.
Malus punica sylvestris & sativa. Baub. pin. 438.
Malum Granatum. Rumph. amb. 2. p. 94. t. 24. f. 1.
Granata punica mala. Blackw. herbal. t. 97. & 142.
β Granata malus zeylanica spinosa. Burm. zeyl. 111. differet foliis latioribus
a speciminibus, quæ Coromandeli collecta fuerint adscriptum inveniuntur : differet hic frutex ab inferiore parte spinis magnis & parvis, quibus obsitus est.
Crescit in India & in Europæ variis regionibus, colitur in hortis.

AMY.

ICOSANDRIA MONOGYNIA. 117

AMYGDALUS (*nana*) foliis basi attenuatis. *Linn. sp.* 677. *Roy. lugdb.* 267. n. 3.
Amygdalus indica nana. *Plukn. alm.* 28. t. 11. f. 3. *Mill. dict.* t. 28. f. 2.
Armeniaca persicæ foliis, fructu exsucco villoso. *Amin. rutb.* 273. t. 30.
Habitat in India.

DIGYNIA.

CRATAEGUS (*indica*) foliis lanceolatis ferratis, caule inermi, corymbis
squamosis. *Linn. sp.* 683. ubi descr.
Habitat in India.

TRIGYNIA.

SESUVIUM (*Portulacastrum*) *Linn. sp.* 684. *Jacq. bist.* t. 95.
Portulaca foliis lanceolatis convexis, pedunculis unifloris. *Linn. sp.* 1. p.
446. *Loefl. it.* 191.

Portulaca curassavica, angusto longo lucidoque folio procumbens, floribus
rubris. *Plukn. alm.* 303. t. 216. f. 1. *Herm. par.* 212. t. 212.

Portulaca mariana latifolia, flore suaverubente. *Plum. sp.* 6. ic. 223. f. 2.

Portulaca aizoides maritima procumbens, flore purpureo. *Sloan. bist.* jam.
1. p. 204.

Critchmus indicus. *Rumph. amb.* 6. p. 165. t. 72. f. 1.

Portulaca javanica, foliis oppositis, flore solitario. Gelang laut incolis
dicta. *D. Kleinhof.*

Hujus caules glaberrimi fungosi, foliis linearibus ad apices incrassatis, longioribus quam
in citatis figuris.

POLYGYNIA.

ROSA (*indica*) germinibus ovatis, pedunculisque glabris, caule subiner-
mi, petiolis aculeatis. *Linn. sp.* 705. ubi descr.

Rosa cheusan glabra, juniperi fructu. *Petiv. gaz.* 56. t. 35. f. 11.

Rosa versicolor javanica plena & chinensis. *D. Piron.*

Foo. seu vulgo Ibara. *Kämpf. amoen.* 862.

Habitat in Asia & China.

Chinensis planta multo tenerior & minor est Javanica. Variant foliis ternis & quinisis, petiolis
ad basin foliolis inferioribus saepe decurrentibus cum impari pinnatis, superioribus ternis,
Pedunculi in foliis specimenibus uniflori, floribus simplicibus & plenis intense purpu-
reis, fructus magnitudine sorbi, at magis oblongi, calyce persistente nunc integerrimo
nunc laciniato.

RUBUS (*parvifolius*) foliis ternatis subtus tomentosis, caule petiolisque
aculeis recurvis. *Linn. sp.* 707. ubi descr.

Rubus moluccanus parvifolius. *Rumph. amb.* 5. p. 88. t. 47. f. 1.
Habitat in India.

118 ICOSANDRIA POLYGYNIA.

RUBUS (*moluccanus*) foliis simplicibus cordatis lobatis, caule aculeato decumbente. Linn. sp. 707.

Rubus moluccanus latifolius. Rumph. amb. 5. p. 88. t. 47. f. 2.

Rubus idæus sylvestris & montanus, Ajam Bahuku incolis dictus. D. Kleinhof. Habitat in Moluccis & Java.

Hujus varietas ex Indicis seminibus nobis enata est, caule pilis rubicundis scabro, foliis quinquelobis serratis.

CALYCANTHUS (*præcox*) petalis interioribus minutis. Linn. sp. 718.

Jasminum flore pleno ex suavi fætido, fructu turbinato obai S. Robai. Kämpf. amæn. 878. t. 879.

Habitat in Japonia.

POLYANDRIA MONOGYNIA.

RHEEDIA (*Javanica*) foliis lanceolatis, umbellis pedunculatis.

Habitat in Java.

Rami articulati lèves striati. Ramuli & genicula compressa. Folia opposita lanceolata petiolata integerrima glabra. Petioli breves pubescentes. Pedunculi ex alis foliorum saepius terni ad medium quadrifidi, pedicellis unifloris. Flores lutei. Foliatura & umbellis ab Americana differt, confer. f. 4. t. 358. Plukn. pbyt. quæ ejusdem videtur generis.

CAPPARIS (*carandas*) pedunculis subtrifloris, foliis oppositis ovatis acuminatis, spinis bifurcatis.

Carandas. Rumph. amb. 7. p. 57. t. 25.

Javanica differt foliis subcordatis, pedunculis trifloris.

CAPPARIS (*zeylanica*) pedunculis solitariis unifloris, stipulis spinosis, foliis ovatis utinque acutis. Linn. sp. 720. Fl. zeyl. 210.

Capparis zeylanica duplicatis spinis, folio acuto. Petiv. mus. 625.

Capparis spinosa, foliis oblongis. Burn. zeyl. 53.

Capparis indica spinosa, angustiore salicis folio. Plukn. mant. 36.

Habitat in Zeylona.

CAPPARIS (*sepiaria*) pedunculis umbellatis, stipulis spinosis, foliis annuis ovatis emarginatis. Linn. sp. 720. ubi descr.

Arbuscula bacciferæ scandens spinosa, foliis buxi pallidioribus. Plukn. mant. 27. t. 338. f. 3.

Habitat in India.

CAPPARIS (*Baducca*) pedunculis subsolitariis, foliis persistentibus ovato-oblongis nudis, determinate confertis. Linn. sp. 720.

Capparis alia arborescens, Lauri folio, fructu oblongo ovato. Plum. sp. 7. ic. 73. f. 2.

Brey.

POLYANDRIA MONOGYNIA: 119

Breynia fruticosa, foliis singularibus oblongo-ovalibus superne nitidis, siliquis minoribus teretibus æqualibus. *Brown. jam.* 246. *t.* 27. *f.* 2.

Baducca. *Rheed. mal.* 6. *p.* 105. *t.* 57. *Raj. dendr.* 1630.

Habitat in Indiis.

CAPPARIS (*carandas*) foliis oppositis ovatis, spinis bifurcatis.

Carandus. *Rumph. amb.* 7. *p.* 57. *t.* 25.

Habitat in Java & Amboina.

ARGEMONE (*mexicana*) capsulis quinquevalvibus, foliis spinosis. *Linn.* *sp.* 727. *Roy. lugdb.* 479. *Merian. Surin.* 24. *t.* 24.

Papaver spinosum. *Bauh. pin.* 171. *prodr.* 93. *t.* 92. *Clus. hist.* 2. *p.* 93.

Papaver spinosum lateum, foliis albis venis notatis. *Moris. hist.* 2. *p.* 277. *f.* 3. *t.* 14. *f.* 5.

Habitat in Indiis.

CAMBOGIA (*Gutta*) *Linn. sp.* 728. *Fl. zeyl.* 195.

Arbor indica, Gummi guttam fundens, fructu dulci rotundo cerasi magnitudine, carcapuli Acostæ. *Herm. mus. zeyl.* 26. *Burm. zeyl.* 27.

Carcapuli Acostæ, fructu malo aureo simili. *Plukn. alm.* 81.

Coddam pulli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 41. *t.* 24.

Habitat in India.

NYMPHÆA (*Lotus*) foliis cordatis dentatis. *Linn. sp.* 729. *Fl. zeyl.* 194. Nymphæa foliis amplioribus profunde crenatis subtus areolatis. *Brown. jam.* 343.

Nymphæa indica, flore candido, folio in ambitu ferrato. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 252. *Raj. suppl.* 630.

Nymphæa indica tuberosa, foliis per marginem crenatis, flore incarnato. *Burm. zeyl.* 173.

Nymphæa indica minor, Taratti kitsjil. *Rumph. amb.* 6. *p.* 172. *c.* 51.

Lotus ægyptia. *Alp. ægypt.* 103. *exot.* 214. *t.* 213. 216. 218. 220. 222. 226.

Ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 51. *t.* 26.

Habitat in aquis Indiae, Africæ, Americæ.

NYMPHÆA (*Nelumbo*) foliis peltatis undique integris. *Linn. sp.* 730. *Fl. zeyl.* 193.

Nymphæa indica; faba ægyptia dicta, flore incarnato. *Herm. par.* 205. *t.* 205.

Nymphæa fabifera, indiæ paludibus gaudens, foliis amplis umbilicatis, pedunculis spinosis, flore roseo purpureo. *Plukn. alm.* 267. *t.* 322. *f.* 1.

Nymphæa alba indica maxima fabifera, flore albo. *Burm. zeyl.* 173.

Nymphæa foliis orbiculatis peltatis subtus radiatis. *Brown. jam.* 343.

Taratti. *Rumph. amb.* 6. *p.* 168. *t.* 73.

Tamara. *Rheed. mal.* 11. *p.* 59. *t.* 30. & 31. *Burm. Tamara.* *t.* 32.

Habitat in Indiis.

NYM-

120 POLYANDRIA MONOGYNIA.

NYMPHÆA (*nouchali*) foliis ovalibus subpetiolatis integerrimis.
Nouchalei, *Nymphaea aquatica*, flore cæruleo. *Dni. Outgaerden.*
Habitat Coromandeli.

Rad. alba, magnitudine pugni. *Fol. ovalia integerrima*, *petiolis brevibus incurvis*. *Cor. polypetala*. *Stam. filam. apicibus cæruleis*. *per. drupa viridis polysperma*. *Sem. rubra* rotunda magnitudine seminum sinapis.

BIXA (*Orellana*). *Linn. sp. 730. Roy. lugdb. 477.*

Mitella americana maxima tintatoria. *Tourn. hist. 242. Boerb. lugdb. 208.*

Orleana folliculis lappaceis. *Pluken. alm. 272. t. 209. f. 4. Comm. H. Amst.*

i. p. 65. t. 33.

Urucu *Pisonis. 133. Sloan. hist. jam. 2. p. 52. 181. f. 1.*

Arbor mexicana, fructu Castaneæ, coccifera. *Baub. pin. 419.*

Cassomba-kling. Javanis. D. Kleinhof.

Habitat in Indijs.

MAMMEA (*asiatica*) staminibus flore longioribus. *Linn. sp. 731. ubi descr.*
Osb. it. 278.

Mali persicæ mammeyæ folio longiore arbor maxima, cortice sulcato cinereo amaro. *Sloan. hist. jam. 2. p. 124.*

Habitat in Java & Jamaica.

OCHNA (*squarrosa*) racemis lateralibus. *Linn. sp. 731. Fl. zeyl. 209.*

Jabotapita cinnamomi folio, floribus spicatis. *Burm. zeyl. 123. t. 56.*

Æ Arbor africana subrotundo folio, margine denticulis acutis aspero, floribus pentapetalis atropurpureis. *Pluken. alm. 41. t. 263. f. 1. 2.*

Habitat in Zeylona & Africa.

CALOPHYLLUM (*Inophyllum*) foliis ovalibus. *Linn. sp. 732. Fl. zeyl. 201.*

Inophyllum flore octofido. *Burm. zeyl. 131.*

Nucifera arbor sempervirens indica prælongis foliis venuste venosis. *Pluken. mant. 136.*

Arbor indica mali medicæ amplioribus foliis. *Pluken. alm. 41. t. 147. f. 3.*

Bintangor maritima. *Rumph. amb. 2. p. 211. t. 71.*

Ponna seu Ponna-maram. *Rheed. mal. 4. p. 79. t. 38.*

Tsjam poelang. seu Bintanger laut Javanis.

Habitat in India.

CALOPHYLLUM (*Caleba*) foliis ovatis obtusis. *Linn. sp. 732. Jacquin.*

hist. 165. Roy. lugdb. 476.

Inophyllum flore quadrifido. *Burm. zeyl. 130. t. 60.*

Tsierou-ponna. *Rheed. mal. 4. p. 81. t. 39.*

Tandjone kanki Javanis.

Habitat in Indijs.

POLYANDRIA MONOGYNIA. 121

CALOPHYLLUM (*Nagassarium*) foliis basi attenuatis lanceolatis aveniis.
Nagassarium. *Rumph. amb.* 7. *p. 3. t. 2.*

Nagassi javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in Amboina & Java, unde anno 1759. missa.

CALOPHYLLUM (*Akara*) foliis ovatis acuminatis, floribus terminalibus paniculatis.

Akara patsjoti. *Rheed. mal.* 5. *p. 15. t. 8.*

β Arbor indicamali aurantii foliis obtusioribus. *Plukn. alm.* 3. *t. 142. f. 2.?*

Habitat in India.

CALOPHYLLUM (*Soulattri*) foliis oblongo-ovatis lineatis glaberrimis,
floribus lateralibus pedicellatis.

Soulattri. Javanis.

Habitat in Java.

MICROCOS (*paniculata*) panicula terminali. *Linn. sp. 733. Fl. zeyl.* 207.

Microcos foliis alternis oblongis acuminatis. *Burm. zeyl.* 159. *t. 74.*

Cornus malabarica, folio cuspidato, officulo tomento obfito. *Commel.*
Fl. mal. 80.

Arbor malabarica mucronatis firmioribus venosis foliis, floribus ad sum-
mum ramulorum coronantibus. *Plukn. alm.* 40. *t. 262. f. 3.*

Schageri-cottam. *Rheed. mal.* 1. *p. 105. t. 56.*

Habitat in India.

MICROCOS (*lateriflora*) pedunculis axillaribus confertis dichotomis.

Linn. sp. 734. Fl. zeyl. 208.

Arbor javanica montana lauri folio. *D. Kleinhof.*

Hamdamanias. *Herm. zeyl.* 113.

Habitat in Zeylona.

ELÆOCARPUS (*serrata*). *Linn. sp. 734. Fl. zeyl.* 206.

Elaeocarpus foliis lauri serratis, floribus spicatis. *Burm. zeyl.* 93. *t. 40.*

Laurus indica serratifolia inodora, fructu olivæ magnitudine & forma,
nucleis crispis lapideis, lauro ceraso clusii congrega. *Herm. zeyl.* 9.

Olea sylvestris malabarica, fructu dulci. *Raj. bist.* 1546.

Prunus zeylanica lauri folio, veralu cinghalensis. *Raj. dendr.* 42.

Ganitrus. *Rumph. qmb.* 3. *p. 160. t. 101.*

Perin-Kara. *Rheed. mal.* 4. *p. 51. t. 24.*

Habitat in India.

MESUA (*ferrea*) foliis lanceolatis. *Linn. sp. 734. Fl. zeyl.* 203.

Arbor naghas seu ferrea. *Burm. zeyl.* 28. *Herm. zeyl.* 7.

β *Castanea indica* florida. *Raj. bist.* 1680.

Belutta tjampakan. *Rheed. mal.* 3. *p. 63. t. 53.*

Habitat in India.

122 POLYANDRIA MONOGYNIA.

VATERIA (*indica*). Linn. sp. 734. Fl. zeyl. 204.

Amygdalo adfinis indica, fructu umbilicato, nucleo nudo, cortice pulvri-
nato trifido tecto. Raj. hist. 1482. Plukn. alm. 28.

Pænoe. Rheed. mal. 4. p. 33. t. 15.

Habitat in India.

LAGERSTROEMIA (*indica*) Linn. sp. 734.

Tsjikin. Rumph. amb. 7. p. 61. t. 28.

Habitat in Chinæ montibus & in Amboina, colitur in hortis.

THEA (*bohea*) floribus hexapetalis. Linn. sp. 734.

Thea. Kämpf. amæn. 605. t. 606.

Thee sinensis. Breyn. cent. 111. t. 112. ic. 17. t. 3. Botron. mus. 114. t. 94.

Thee frutex. Bart. atl. 4. p. 1. t. 1. Bont. jav. 87. t. 88. Barr. rar. 128. t. 904.

Chaa. Banh. pin. 147.

Euonymo affinis arbor orientalis nucifera, flore roseo. Plukn. alm. 139.
t. 88. f. 6.

Habitat in China & Japonia.

THEA (*viridis*) floribus enneapetalis. Linn. sp. 735. Hill. exot. t. 22.

Habitat in China.

CARYOPHYLLUS (*aromaticus*) Linn. sp. 735.

Caryophyllum aromaticus, fructu oblongo. Baub. pin. 410.

Caryophyllum aromaticus Indiæ orientalis, fructu clavato monopyreno.
Plukn. alm. 88. t. 155. f. 1.

Caryophyllum. Clus. exot. 16. Rumph. amb. 2. t. 1, 2, 3.

& Caryophyllum malabaricus. Plukn. alm. 88. t. 274. f. 2.

Habitat in Moluccis.

Tab. 37. **DELIMA (*farmentosa*)** Linn. sp. 736. Fl. zeyl. 205.

f. 1. Frutex indicus farmentosus, foliis hispidis rigidis. Burm. zeyl. 101.

Piripu. Rheed. mal. 7. p. 101. t. 54.

Koroswel cingalensium. Herm. herb. ubi notatur: quod idem sit, ac lœvigata,
re, folia enim, cum sint scabra densa & aspera, ab incolis ad quæcumque
lœviganda usurpantur.

Habitat in Zeylona & Malabaria.

CISTUS (*egyptiacus*) herbaceus erectus stipulatus, foliis linear-lanceola-
tis petiolatis, calycibus inflatis corolla majoribus. Linn. sp. 742.

Cytistus foliis inferioribus confertis, superioribus oppositis. Burm. zeyl.
85. t. 36.

Cytisus zeylanicus fruticosus humilis, siliquis augustis ericæ folio. Herm.
zeyl. 34.

Habitat in Ægypto & Zeylona.

COR.



1. *DELIMA sarmentosa*.
2. *CORCHORUS trilocularis*.

POLYANDRIA MONOGYNIA. 123

CORCHORUS (*olitorius*) capsulis oblongis ventricosis, foliorum serraturis infimis setaceis. *Linn. sp.* 746. *Fl. zeyl.* 213. *Roy. lugdb.* 478. *n. 1.*

Corchorus quod *erysimum latifolium*, siliquis sesami. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 75.

Corchorus. Cam. bart. 47. *t. 12.*

Alcea cibaria vel *corchorus americanus*, *carpini folio*, *capsula quintuplici longa*. *Plukn. alm.* 17. *t. 127. f. 4.*

Habitat in Indiis.

CORCHORUS (*capularis*) capsulis subrotundis depresso rugosis. *Linn. sp.* 746. *Fl. zeyl.* 214.

Corchorus foliorum infimis serraturis minoribus. *Linn. H. Cliff.* 210. *Roy. lugdb.* 478. *n. 2.*

Alcea olitoria sive *corchorus americanus*, *prælongis foliis*, *capsula subrotunda striata brevi*. *Plukn. alm.* 18. *t. 255. f. 4.*

Selagoeri lacki lacki seu mas. *D. Pryon.*

Habitat in India.

CORCHORUS (*aftuans*) capsulis oblongis sexfalcatis sexcuspidatis, foliis cordatis, infimis ferraturis setaceis. *Linn. sp.* 746.

Alcea cibaria s. *corchorus americana*, *carpini foliis*, *sextuplici capsula longiore*. *Plukn. phyt.* 17. *t. 127. f. 3.*

Planta folio selagoeri rugoso. *D. Kleinb.*

Selagoeri parampuan seu fæmina. *D. Pryon.*

Habitat in Indiis.

CORCHORUS (*javanicus*) capsulis subrotundis hispidis, foliis ovato lan-

ceolatis æqualibus ferratis, stipulis setaceis. *Tab. 36.*

f. 3.

Bonporroetang. *Pulutan. Javanis.*

Habitat in Java.

Stip. ad singulum petiolum. cal. aristati. cor. purpurea. cap. hispida.

CORCHORUS (*trilocularis*) capsulis linearis-filiqosis sexfalcatis tricuspi. *Tab. 37.*

f. 2.

datis, foliis oblongis, ferraturis æqualibus, infimis setaceis.

Habitat in India, juxta *Garcini* herbarium.

Caul. fruticosus, Ramis erectis. Fol. linearis-oblonga, ferraturis æqualibus, ad basin folii productioribus. Ped. axillares solitarii, bini, terni. capsule lineares filique trivalves, cuspidibus tribus incurvis ad apicem valvularum, per maturitatem fissarum.

124 POLYANDRIA HEXAGYNIA.

STRATIOFES (*alismoides*) foliis cordatis. *Linn. sp.* 754. *Fl. zeyl.* 223.
Roy. lugdb. 10.

Sagittariae affinis malabarensis latissimo folio, floribus ex albo trifoliatis.
Plukn. alm. 326.

Sagittæ aut plantaginæ aquaticæ nervosis foliis, floribus tripetalis in singulis caulinibus singulis. *Raj. bist.* 3. p. 633.

Ottelambel. *Rheed. mal.* 11. p. 95. t. 46.

Habitat in India.

POLYGYNIA.

DILLENTIA (*indica*) *Linn. sp.* 754.

Malus rosea malabarica, syalita dicta. *Plukn. mant.* 124.

Songium. *Rumph. amb.* 2. p. 14. t. 45.

Syalita. *Rheed. mal.* 3. p. 39. t. 38, 39.

Habitat in Malabarica.

LIRIODENDRON (*liliifera*) foliis lanceolatis. *Linn. sp.* 755.

Sampacca montana. *Rumph. amb.* 2. p. 204. t. 69.

Habitat in Amboina.

MICHELIA (*Champaca*) foliis lanceolatis. *Linn. sp.* 756. *Fl. zeyl.* 144.

Uvifera arbor orientalis, folio oblongo. *Herm. prodr.* 385. *Plukn. alm.* 394.

Arbor procera, hajing halia dicta, floribus oblongis luteis odoratis. *Burm. zeyl.* 31.

Tsjampacca indorum sive arbor uvifera indica, foliis lauri americanæ. *Breyn. prodr.* 2. p. 101.

Sampacca. *Rumph. amb.* 2. p. 199. t. 67.

Champacam. *Rheed. mal.* 1. p. 31. t. 19.

Tsjampaka laut. Javanis.

Habitat in India.

MICHELIA (*euonymoides*) foliis ovatis.

Sampacca sylvestris. *Rumph. amb.* 2. p. 202. t. 68.

Tsjampacca conneng. Javanis.

β Euonymus caudice non ramoso, folio alato, fructu rotundo tripýreno. *Sloan. jam.* 2. t. 210. f. 2. 3.

Habitat in Indiis, ubi ob fragrantem odorem saepe colitur.

In speciminiibus javanicis Folia magis ovata quam in citatis figuris.

UVARIA (*zeylanica*) foliis integerrimis. *Linn. sp.* 756. *Fl. zeyl.* 224.

Uva sylvestris zeylanica, mali aurantii sapore. *Burm. zeyl.* 231.

Frutex baccifer, fructu ad singulos flores multiplici. *Raj. bist.* 1636.

Funis musarius. *Rumph. amb.* 5. p. 78. t. 42.

Narum-panel. *Rheed. mal.* 2. p. 11. t. 9. f. 2.

β Cananga. *Rumph. amb.* 2. p. 195. t. 65, 66.

Habitat in India.

UVA-

UVARIA (japonica) foliis ferratis. *Linn. sp.* 756.

Frutex viscosus procumbens, folio telephii vulgaris æmulo, fructu racemoso. *Kœmpf. amoen.* 476. *t.* 477.

Habitat in Japonia.

ANNONA (muricata) foliis ovali-lanceolatis glabris nitidis planis, pomis muricatis. *Linn. sp.* 756. *Roy. lugdb.* 494. *n. 1.*

Anona indica latifolia, fructu squamoso aspero. *Pluken. alm.* 31. *t.* 134. *f. 2.*

Anona indica, fructu conoide viridi, squamis veluti aculeato. *Pluken. alm.* 32. *t.* 135. *f. 2.*

Anona. *Commel. H. Amst.* 1. *p.* 133. *t.* 69. *Merian. furin.* 14. *t.* 14.

Anona fructu virescente. *Burm. zeyl.* 21.

Guanabanus fructu moliter aculeato. *Plum. gen.* 43. *t.* 143. *f. 1.*

Habitat in Indiis.

ANNONA (squamosa) foliis oblongis, fructibus obtuse subsquamatis. *Linn. sp.* 757.

Annona foliis oblongo-ovatis undulatis venosis, floribus tripetalis, fructibus mammillatis. *Brown. jam.* 256.

Anona tuberosa. *Rumph. amb.* 1. *p.* 138. *t.* 46.

Anona foliis odoratis minoribus, fructu conoide squamoso parvo dulci. *Sloan. bijt. jam.* 2. *p.* 168. *t.* 227.

Atamaram. *Rheged. mal.* 3. *p.* 21. *t.* 29.

Jata. *Boym. fl. sinens.* N. f. N.

Habitat in Indiis.

ANNONA (reticulata) foliis lanceolatis, fructibus ovatis, reticulato-areolatis. *Linn. sp.* 757.

Annona foliis oblongis undulatis venosis, fructibus areolatis. *Brown. id.* 256.

Anona maxima, foliis oblongis angustis, fructu maximo luteo conoide, cortice glabro in areolas angulares distincto. *Sloan. bijt. jam.* 167. *t.* 226. *Catesb. car.* 2. *p.* 62. *t.* 62. *Raj. dendr.* 77.

Anona. *Rumph. amb.* 1. *p.* 136. *t.* 45.

Habitat in Indiis.

ANNONA (asiatica) foliis lanceolatis glabris nitidis lineatis. *Linn. sp.* 758. *Fl. zeyl.* 225. *Roy. lugdb.* 494. *n. 2.*

Anona sylvestris. *Burm. zeyl.* 21.

Guanabanus fructu purpureo. *Plum. sp.* 43. *ic.* 143. *f. 2.*

Habitat in utraque India.

ATRAGENE (zeylanica) cirrhis diphyllis, petalis exterioribus quaternis. *Linn. sp.* 764. *Fl. zeyl.* 226.

Clematis zeylanica, floribus obsoletis parvis. *Herm. zeyl.* 35. *Burm. zeyl.* 66.

Planta foliis geminatis, ex opposito longis pediculis inter bina folia capitulo donatis. *Burm. zeyl.* p. 194.

Habitat in Zeylona.

126 DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

SATUREJÀ (*viminea*) pedunculis axillaribus trifloris, involucris linearibus, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Linn. sp.* 795.

Mentha viminea, foliis minoribus obovatis, pedunculis trifloris alaris. *Brown. jam.* 258.

Habitat in Indiis.

Javanicae plantæ *caulis* fruticosus pedalis teres glaber. *folia* linear-lanceolata. *Pedunculi* axillares flosculis binis, ternis, vel pluribus.

NEPETA (*indica*). corollarum labio superiore integerrimo brevissimo. *Linn. sp.* 799.

Leucas foliis subrotundis ferratis, flore albo. *Burm. zeyl.* 140. t. 63.

Nepeta indica, rotundiore folio. *Moris. bist.* 3. p. 415. f. 1. t. 6. f. 7.

Lamium indicum, foliis oblongis, flore albo graveolens. *Herm. mus. zeyl.* 65.

Katu-kurka. *Rheed. mal.* 10. p. 179. t. 90. *Raj. bist.* 3. p. 296.

Habitat in India.

Tab. 38. LAVANDULA (*multifida*) foliis duplicato-pinnatifidis. *Linn. sp.* 800. f. 1. *Roy. lugdb.* 322. n. 2.

Lavandula folio diflecto. *Baub. pin.* 216. multifido folio. *Cluf. bist.* 1. p. 345.

Lavandula folio longiore, tenuius & elegantijs diflecto. *Comm. rar.* 27. t. 27. *Pluken. alim.* 209. t. 303. f. 5.

Lavendula persica, foliis pinnatifidis. *Herb. garzin.* e quo hanc figuram produco, quæ forte macriori e solo collecta, maxime quoad lacinias differt, tam a figuris, quam a viva planta, quæ in hortis quotannis luxuriare solet.

Habitat quoque in India.

MENTHA (*fætida*) spicis oblongis, foliis oblongis petiolatis ferratis, caule piloso.

Alopecuro-veronica. *Linn. Fl. zeyl.* 193. ubi descr.

Veronica hirsuta latifolia aquatica. *Herm. zeyl.* 29. *Burm. zeyl.* 228.

Majana fætida. *Rumph. amb.* 6. p. 41. t. 16. f. 2.

Tilam Incolis, ubi notatur: Folia loco cataplasmatis tumoribus applicantur.

Habitat in Java.


BALLOTA (*disticha*) foliis cordatis indivisis crenatis, spicis foliosis, calycibus acuminatis.

Badok Bankon-Javanis.

Habitat in Java & Coromandeli.

Caul tetragonus villosus *Fol.* crenata lanuginosa in Javanica, glabra in Coromandelica. *flores* verticillati sp̄e quatuordecim. *cal.* acuminatus, *lacinias* distantibus. *Cor.* ex albo purpurascens.

MAR-



1. *LAVANDULA multifida*.
2. *MOLUCCELLA persica*.
3. *ORIGANUM benghalense*.

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA. 127

MARRUBIUM (*indicum*) foliis cordatis ferratis, calycibus quinquedentatis subulatis villosis.

Marrubium odoratissimum, betonicæ folio. Burm. zeyl. 153. t. 71. f. 1.

Marrubium zeylanicum odoratum, nepethæ facie, folio lamii pannonicici.

Herm. mus. zeyl. 30.

Habitat in Zeylona & Java; unde sæpius missa.

Jakwanassa zeylonensis, ubi Herm. notat. ut stomachicum & uterinum adhibetur.

LEONURUS (*indicus*) foliis lanceolatis subserratis, calycibus septemdentatis. Linn. sp. 817.

Leonurus americana alba, folio sideritidis longiore. Plukn. phyt. 81. t. 80. f. 7.

Herba admirationis. Rumph. 6. p. 39. t. 16. f. 1.

Clinopodium javanicum gindji dictum. D. Kleinbof.

Hyssopi montani species, folio gramineo. D. Pryon.

Tumba. Rheed. mal. 10. p. 181. t. 191.

Habitat in Indiis.

LEONURUS (*Marrubiastrum*) foliis ovatis lanceolatisque ferratis, calycibus sessilibus spinosis. Linn. sp. 817.

Marrubiastrum foliis cardiacæ. Boccon. mus. 2. p. 120. t. 98.

Chenopodium hyssopi latioribus foliis maderaspatanum. Plukn. aln. 110. t. 164. f. 2.

Hyssopus latiore folio Lâdang-Derman incolis. D. Pryon.

Habitat in Java & Ukrania.

Folia plantæ indicæ latiora scabriuscula lanceolata dentata ut in Plukn. fig., cum qua convenit. caulis villosus. verticilli compæcti, calyces spinulosi.

LEONURUS (*tataricus*) foliis tripartitis laciniatis, calycib[es] villosis. Linn. sp. 818.

Cardiaca foliis tenuius & profundius incisis, glabra s. villosa. Amm. ruth.

49, 50. Mill. ic. 80.

Habitat in Tataria & Java.

Sub nomine Artemisia ex India transmissa; foliis inferioribus tripartitis, laciniis pinnatifidis, supremis tripartitis vix divisis. calyces glaberrimi persilentes apicibus spinosis, involucra ad singulum verticillum fertacea.

LEONURUS (*sibiricus*) foliis tripartitis multifidis linearibus obtusiusculis.

Linn. sp. 818.

Cardiaca javanica. Garzin. herb.

Ballote inodora, foliis coronopi. Amm. ruth. 48. t. 8.

Habitat in Sibria, China, & Java; unde sæpius missa.

128 DIDYNAMIA GYMNOSPERMA.

PHLOMIS (*zeylanica*) foliis lanceolatis subserratis, capitulis terminalibus, calycibus octodentatis. *Linn. sp. 820. Fl. zeyl. 227.*

Cardiaca S. *Leonurus*, hyssopi hirsutis foliis, maderaspatana, floribus dilute rubris, unico tantum verticillo in ramulorum cymis. *Plukn. ahm. 81. t. 118. f. 4.*

Lamium angustifolium glabrum *zeylanicum*, flore albo. *Burm. zeyl. 138.*
Habitat in India.

PHLOMIS (*indica*) involucris linearibus, calycibus unilabiatis obliquis, foliis lanceolato-ovatis pilosis. *Linn. sp. 820. ubi descr.*

Habitat in India.

MOLUCCELLA (*spinosa*) calycibus ringentibus octodentatis. *Linn. sp. 821. Roy. lugdb. 314. n. 2.*

Molucca spinosa. Dod. pempt. 92. Boerb. lugdb. I. p. 173.

Melissa moluccana fætida. Bauh. pin. 229.

Habitat in Moluccis.

*Tab. 38. MOLUCCELLA (*persica*)* calycibus quinquefidis obtusis, laciniis obovatis
f. 2. membranaceis, foliis cuneiformibus apice ferratis, ferraturis spinosis.

Moldavica persica spinosa. Garzin. herb.

Habitat in Persia.

Irrutex similis M. frutescenti, ramis simplicibus erectis glauco-ramis albocantibus. Spinae ad singula genicula inaequales simplicissimæ patentes, basi sæpe cohaerentes, numero 5 ad 12. Fol. cuneiformia basi integerrima apice ferrata, ferraturis spinulosis tomentosis, que in frutescenti muticæ cal. regularis quinquefidis, laciniis obovatis scariosis obtusis cum tribus mucronibus, que in frut. ovato-acuminatæ. Cor. planiuscula glabra.

ORIGANUM (*Majorana*) foliis ovalibus obtusis, spicis subrotundis com-
positis pubescentibus. *Linn. sp. 825. Roy. lugdb. 324. n. 2.*

Majorana vulgaris. Bauh. pin. 224. Lob. icon. 498.

*Marou incolis. sive Absinthium indicum latifolium. flore luteo. D. Out-
gaerden, quod Coromandeli collectum. cuius caulis semipedalis, foliis
ovalibus villosis.*

β Majorana tenuifolia. Bauh. pin. 224.

Majorana hortensis odorata perennis. Moris. hist. 3. p. 350.

*Thymus silvestris repens. D. Kleinhof, quæ præcedenti tenuior.
Habitat in India.*

*Tab. 38. ORIGANUM (*benghalense*)* foliis ovatis dentatis, spicis imbricatis lanugi-
f. 3. nosis, bracteis ovatis.

Ocimum Benghalense. Garcin. herb.

Habitat in Bengala.

*Caul. quadrangularis purpurascens glaber. Fol. ovata ad basin integerrima coarctata, la-
teribus inæqualiter dentata gibbra acuminata. spicæ oppositæ pedunculatae. bracteæ im-
bricatae ovatae, pilis albocantibus lanuginosæ. Flores minimi.*

THY-

DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA. 129

THYMUS (*indicus*) repens, caulis erectis, spicis verticillato-interruptis.
Nila-nagel. herba odorata, flore spicato. D. Outgaerden.

Habitat Coromandeli.

OCIMUM (*frutescens*) racemis secundis lateralibus, caule erecto. Linn.
sp. 832. Fl. zeyl. 228. Roy. lugdb. 322. n. 1.

Ocymum zeylanicum perenne frutescens, folio calaminthae non nihil simili.
Herm. para bat. 358.

Ocymum maximum perenne utriusque Indiae, foliis Atriplicis ingratius odo-
ris. Plukn. alm. 263. t. 308. f. 4.

Cottam. Rheed. mal. 10. p. 153. t. 77.

Habitat in India.

OCIMUM (*gratissimum*) racemis terminalibus, bracteis caducis, foliis
lanceolato-ovatis, caule suffruticoso. Linn. sp. 832.

Ocymum zeylanicum perenne odoratissimum latifolium. Burm. zeyl. 174.
t. 80. f. 1.

Majorana rubra. Rumph. amb. 5. p. 291. t. 101.

Kattu-tritava. Rheed. mal. 10. p. 171. t. 86.

Habitat in Asia.

Ocymum (*Basilicum*) foliis ovatis glabris, calycibus ciliatis. Linn. sp. 833.
Roy. lugdb. 322. n. 2.

Ocymum caryophyllum majus. Baub. pin. 226. Cam. ep. 308.

Basilicum indicum hortense. Rumph. amb. 5. p. 263. t. 92. f. 1.

Sulassi-puti. Javanis.

Habitat in India.

OCYUM (*minimum*) foliis ovatis integerrimis. Linn. sp. 833. Roy. lugdb.
322. n. 1.

Ocymum minimum. Baub. pin. 226. Moris. bist. 3. p. 407. f. 11. t. 129. f. 17.

Ocymum citratum. Rumph. amb. 5. p. 266. t. 93. f. 1.

Basilicum indicum minus. D. Kleinbof.

Habitat in India.

OCYUM (*tenuiflorum*) foliis ovato-oblongis serratis, bracteis cordatis
reflexis concavis, spicis filiformibus. Linn. sp. 833. ubi descr.

Ocymum madraspatanum frutescens gratissimi odoris, flore parvo, cauli-
bus villosis. Plukn. alm. 268. t. 208. f. 4.

Basilicum agreste. Rumph. amb. 5. p. 265. t. 92. f. 2.

Bajang-Baly. Javanis.

Habitat in India.

OCYUM (*menthae*) foliis lineari-lanceolatis serratis. Linn. sp. 834.
Fl. zeyl. 229.

Mentha zeylanica spicata pusilla, angustissimo folio dentato. Burm. zeyl.
158. t. 70. f. 2.

130 DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.

Mentha zeylanica, angustissimo folio dentato. *Ray. app.* 284.

Mentha crispa. *Rumph. amb.* 5. p. 267. t. 93. f. 2.

Veronica zeylanica minima, flore rubello. *Hartogh. herb.*

Ocymum odoratissimum indicum, foliis augustioribus conjugatis. *D. Piron.*
Habitat in Zeylona & Java.

OCYMUM (scutellaroides) foliis lanceolato-ovatis ferratis, racemis verticillatis. *Linn. sp.* 834. ubi descr.

Ocymum latifolium maculatum vel crispatum. *Pluken. alm.* 268.

Majana aurea. *Rumph. amb.* 5. p. 296. t. 102. f. 3.

Lamium folio variegato ex luteo & cæruleo, majana javanis. *D. Kleinb.*
qui notat, colitur in hortis ob foliorum colorem variegatum ex luteo in
rubrum & purpureum.

Habitat in Amboina.

OCYMUM (inodorum) foliis ovalibus denticulatis, racemis paniculatis.

Ocymum zeylanicum annum inodorum. *Burm. zeyl.* 175. t. 80. f. 2.

Sulassi puti-utan Javanis. *Menthastrum* seu *scorodonia*. *D. Piron.*

Habitat in India.

Caul. glabri. Fol. petiolata ovalia. bract. minimæ. Panicula verticillata, flosculis tribus ex uno centro pedunculatis. cal. bilabiatus monophyllus, labio superiore plano cordato latiore reflexo, inferiore quadridentato acuto connivente, semina quatuor ovata. Var. adeo foliis duplo majoribus cordatis.

SCUTELLARIA (indica) foliis subovatis obtusis crenatis petiolatis, racemis nudiusculis. *Linn. sp.* 836.

Serratula amara. *Rumph. amb.* 5. p. 459. t. 170. f. 1.

Scutellaria sinica, betonicæ folio, floribus albis. *Pluken. amalb.* 190. t.
441. f. 1.

Habitat in Amboina & China.

SCUTELLARIA? (*japonica*) foliis ovatis ferratis acuminatis petiolatis, racemis nudiusculis verticillato-spicatis

Scorodonæ affinis sinica, floribus ex albo-purpurascensibus, spica florum compacteriore. *Pluken. amalb.* 188. t. 441. f. 2.

Herba Japonica, floribus verticillatis. *D. Kleinb.*

Habitat in Japonia, Java.

Javanica caulis procumbens, qui in *Pluken. fig.* erectus levius. *Fol. ovata ferrata acuta petiolata* glabra nitida. *Racemi terminales. geniculis binis superioribus ex aliis verticillis approximatis spicati. Cal. quinquedentatus. Cor. cærulea minima*, accuratiori examine hanc ad *Teucrii* genus referendam puto.

PRUNELLA (indica) foliis oblongis superne crenatis, spicis capitatis, bracteis ciliatis.

Brunella javanica. *D. Kleinb.*

Differ a citatis Cl. *Linn. figuris*, foliis subuncinatis instar *verbena nodiflora* petiolatis, pedunculi terminales, axillares & foliis oppositi. spicæ capitatae, calycibus villosis. Alteram quoque ex Java accepimus vix a vulgari diversam nisi magnitudine minori.

RHL.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA. 131

RHINANTHUS (*indica*) foliis sublanceolatis pilosis integerrimis. *Linn. sp.* *Tab. 32.*
f. 1. *Fl. zeyl.* 238.

Hyslopus palustris repens tenellus, odore thymi. *Burm. zeyl.* 123.

Hyslopus wela kola dictus. *Grimm. laborat. zeyl.* 129.

Hyslopus zeylonensis elegans tenellus, sapore & odore thymi. *Herm. herb.*
& *Muf. zeyl.* 47.

Veronicæ adfinis indica tenuifolia, flosculis e caulinis barbatis, summo
caule fere umbellatis. *Pluken. phyt.* 384. *t. 114. f. 2.*

Habitat in Zeylona.

GERARDIA (*delphinifolia*) foliis linearibus pinnatifidis, caule subramoso.

Linn. sp. 848. *Amoen. acad.* 4. *p. 318.*

Habitat in India.

GERARDIA (*glutinosa*) foliis ovatis serratis, bracteis linearibus hispidis.

Linn. sp. 849. *ubi descr.* *Osb. it. t. 9.*

Habitat in China.

ANTIRRHINUM (*papilionaceum*) corollis ecaudatis, floribus axillaribus, *Tab. 39.*
f. 2. calycum foliolo supremo majori, foliis carnosis. *Linn. dictum.*

Afarina persica nummulariæ facie. *Garzin. herb.*

Habitat in Persia.

Folia alterna sparsa breviter petiolata obovata carnosa integerrima, magnitudine origani.

Floræ axillares solitariæ brevissime pedunculati, magnitudine foliorum. Cal. pentaphyl-
lus foliolo supremo duplo majori cordato, longitudine fere floræ, reliquis lanceolatis
brevioribus. Corolla ecaudata, labio superiore bifido, marginibus lateralibus reflexis,
labio inferiore latiore trifido æquali. Stamina didynamia duo. Differt à reliquis pecu-
liari calyce, cuius folium supremum tegit corollæ latus superiorius uti vexillum, reliquis
quatuor brevioribus, lateralibus corollæ incumbentibus, ut in flore papilionaceo.

TORENIA (*asiatica*) *Linn. sp.* 862. *Amoen. acad.* 3. *p. 25.* *Osb. it.* 712.

Euphrasiæ affinis pusilla planta. *Pluken. amalb.* 85. *t. 373. f. 2.*

Afarina foliis & facie capsula bivalvi lignosa. *Pluken. amalb.* 19. *t. 360. f. 3.*

Kaka-pu. *Rheed. mal.* 9. *p. 103. t. 53.*

Habitat in India.

BIGNONIA (*Catalpa*) foliis simplicibus cordatis ternis, caule erecto, flo-
ribus diandris. *Linn. sp.* 868. *Jacq. amer.* 25. *Brown. jam.* 264. *Roy. lugdb.* 289. *n. 1.*

Bignonia arbor, tubo singulari undulato, siliquis longissimis & angustissi-
mis. *Plum. sp.* 5. *ic.* 57. *Duham. arb.* 1. *p. 104. t. 41.* *Catesb. car.* 1. *p.*
49. *t. 49.*

Kawara Trisagi. *Kämpf. jap.* 841. *t. 842.*

Cumbulu. *Rheed. mal.* 1. *p. 75. t. 41.*

Habitat in utrisque Indiis.

BIGNONIA (*indica*) foliis bipinnatis, foliolis integris subcordatis acutis.

Linn. sp. 871. *Fl. zeyl.* 236.

Bignonia arbor indica, foliis cordiformibus. *Tourn. inf.* 165.

132 DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

Clematis arborea malabarica maxima, juglandis folio, pinnis rotundioribus, flore albicante amplissimo, siliqua compresla lata. *Breyne prod.* 34.
Arbor siliquosa malabarica, cordato folio, fructu maximo oblongo plano.
Raj. hist. 1741.

Palega pajanelli. Rheed. mal. I. p. 77. t. 43.

Boenglo Javanis.

Habitat in India.

CRESCENTIA (ovata) foliis ovatis integerrimis, apice acuminatis.
Habitat in Java.

Folia in hac specie perfecte ovata nec attenuata, ut in *Crescentia cujete.*

GMELINA (coromandelica) spinis oppositis conjugatis erectiusculis.
Rhamnus foliis buxeis minimis confertim nascentibus, spinis longis armata.

Sloan. hist. jam. 2. p. 100. t. 207. f. 1.

Lycium maderaspatanum indici alpino putati æmulum foliis minoribus,
bijugis & grandioribus aculeis horridum. *Pluken. phyt.* 234. t. 97. f. 2.

Care Coromandeli incolis.

Habitat in India utraque.

Ramuli nostri folia sunt bina opposita nec plura, ut in figuris depingitur.

GMELINA (indica) spinis alternis, foliis locigatoribus.

Doery Roekan Javanis.

Habitat in Java.

Caul. flexuosus, Fol. solitaria brevissimis petiolis, cordata crenata obtusiuscula. Spine
foliis longiores saepe axillares, vel infra folium simplicissimæ.

GMELINA (asiatica) spinis oppositis horizontalibus. *Linn. sp.* 873.
Fl. zeyl. 230.

Michelia spinosa, floribus luteis. *Amm. act. petrop.* 8. p. 218. t. 18.

Prunus indica sylvestris, fructu flavo pyriformi. *Burm. zeyl.* 197.

Lycium maderaspatanum indici alpino putati æmulum, foliis majoribus bijugis & grandioribus aculeis horridum. *Pluken. alm.* 234. t. 305. f. 3.

Doery Radak Javanis. D. Kleinhof.

Habitat in India.

In nostro specimine nulla foliola binis oppositis majoribus junguntur quæ in figure *Pluken.* depicta sunt.

Tab. 41. CORNUTIA (corymbosa) foliis ovatis, corymbis terminalibus.
f. 1.


Cornutioides. Linn. Fl. zeyl. 195. ubi descr.

Sambucus zeylanica odorata aromatica. Herm. herb. Burm. zeyl. 209.

Habitat in Zeylona.

In *Herm. herbario* notatur: hujus radicis cortex oleum præbet aromaticum, & odoratum suavissimum, efficacissimum remedium in ventriculi imbecillitate, dolore & vomitu.

CA-



REINANTHUS indica
 ASTRORHINUM papilionaceum
 STERIS aquatica
 BASELLA japonica
 GMELINA indica

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA. 133

CAPRARIA (*uniflora*) foliis oppositis cordatis, floribus solitariis.

Tab. 19.

Alsine repens, folio conjugato serrato. sub quo nomine ex java mittritur. *f. 3.*

β Alsine affinis foliis & floribus oppositis, quæ tantum differt, quod flores
sint terminales.

CAPRARIA (*crustacea*) repens, foliis oppositis ovatis suppetiolatis crenatis.

Caranasci minus. *Rumph. amb. 5. p. 491. t. 170. f. 3.*

Habitat in China & Amboina.

Simillima *Capraria gratioloidi*, sed folia magis ovata & omnino petiolata, calycisque folio-
la latiora.

BUCHNERA (*asiatica*) foliis integerrimis alternis, calycibus scabris.

Linn. sp. 879. ubi descr.

Habitat in Zeylona & China.

OROBANCHE (*Aeginetia*) caule unifloro, flore subspathaceo. *Linn. sp. 883. ubi descr.*

Aphyllus indica, flore dipetalo difformi, campanam emittente. *Raj. tom. 3. p. 404.*

Tsiam-cumulu. *Rheed. mal. 11. p. 97. t. 47.*

Habitat in Malabarria.

DODARTIA (*indica*) foliis ovatis ferratis villosis. *Linn. sp. 883. ubi descr.*

Habitat in India.

SESAMUM (*orientale*) foliis ovato-oblongis integris. *Linn. sp. 883. ubi descr. Fl. zeyl. 237. Roy. lugdb. 292. n. 1.*

Sesamum veterum. *Baub. pin. 27. Moris. bijt. 2. p. 282. f. 5. t. 15. f. 3. Riv. mon. t. 20.*

Digitalis orientalis, sesamum dicta. *Burm. zeyl. 87. t. 38. f. 1.*

Schit-elii. *Rheed. mal. 9. p. 105. t. 54.*

Widjor Javanis.

Habitat in Zeylona, Malabara.

SESAMUM (*indicum*) foliis inferioribus trifidis. *Linn. sp. 884. Roy. lugdb. 292. n. 2.*

Sesamum indicum. *Rumph. amb. 5. p. 204. t. 76. f. 1.*

Sesamum alterum foliis trifidis orientale, semine obscuro. *Plukn. alm. 344. t. 109. f. 4.*

Habitat in India.

SESAMUM (*javanicum*) foliis lanceolatis dentatis sessilibus.

Bahel. Tsjulli. *Rheed. mal. 9. p. 2. t. 87.*

Digitali affinis indica Blattariæ folio, flore rubicundo. *Commelin. in notis ibidem.*

134 DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

Planta palustris flore cærulecente. Patjar ayer. Javanis. D. Kleinhof.
Habitat in India.

Caul. angulatus sulcatus. Fol. lanceolata sessilia subtomentosa. Flores : spicata; pedicellis brevibus. Cal. quinque partitus, foliolis - ovato oblongis æqualibus persistentibus. Cor. monopetala tubulosa campanulata, limbo erecto quadrifido, lobis superioribus latioribus stam. filam. quatuor fauci corollæ inserta adscendentia, corolla breviora, amb. compressæ bilobæ; glandulae duæ ad basin filamentorum superiorum. Pist. germ. ovari. styl. filiformis longitudine itaminum, stigma bilobum compressum. Per. capsula globosa acuminata tetragona compressa quadrilocularis. sem. minima rotunda.

Tab. 40. RUELLIA (tentaculata) foliis obovatis, verticillis obvallatis, spinis inter-
f. 1. mibus bifurcatis. Linn. sp. 886.

Ruellia surattensis. Garzin. herb.

Euphrasia Acinos latiore folio maderaspatana, cauliculis pubescentibus.
Plukn. alm. 142. t. 279 f. 7.

Habitat in India.

RUELLIA (crispa) foliis subcrenatis lanceolato-ovatis, capitulis ovatis
foliosis hispidis. Linn. sp. 886. ubi descr. Osb. it. 240.

Adhatoda luzanensis, spica plana. Petiv. gazoph. 73. f. 6.

Habitat in India.

Tab. 40. RUELLIA (repanda) foliis lanceolatis obtuse-dentatis petiolatis, caule re-
f. 2. pente. Linn. sp. ubi descr.

Prunella molucca angustifolia. Rumph. amb. 6. p. 30. t. 13. litt. B. ubi
simplex ejus folium.

Bajau China malaice; Dinding andaun Padjingh javânice.

Habitat in Java & Amboina.

RUELLIA (ringens) foliis oblongis integrerrimis, floribus solitariis sessili-
bus, caule procumbente. Linn. sp. 886. Fl. zeyl. 234. Osb. it. 229.

Bicapsularis indica solani foliis & flore, convolvuli instar repens. Raj. hist.
t. 3. p. 549.

Lychnis articulata repens, folio vincæ pervincæ. Burm. zeyl. 144.

Upudali. Rheed. mal. 9. p. 125. t. 64.

Habitat in India.

RUELLIA (antipoda) foliis mucronato-serratis, caule revoluto, floribus
subspicatis terminalibus quinis ternis. Linn. sp. 886.

Alsine veronicae facie, pediculis uncialibus. Burm. zeyl. 13.

Alsine repens, folio conjugato, flore albo. D. Piron.

Gentianella utriusque Indiæ impatiens, folioagerati. Plukn. alm. 167. t.
186. f. 2.


Crusta ollæ parva. Rumph. amb. 5. p. 460. t. 170. f. 3.

Katu-pee-tjanga-piispam. Rheed. mal. 9. p. 113. t. 58.

Habitat in plerisque Indiæ locis

Javanica cum Rheed. fig. convenient, & in quibusdam speciminibus occurrit, foliis ad axil-
has solitariis, terminalibus binis.

RUEL-



2. *RUELLIA* tentaculata.
3. ————— repanda.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMA. 135

RUELLIA (*Anagallis*) foliis lanceolatis serratis, caule procumbente, floribus axillaribus solitariis.

Anagallis javanica. D. Kleinhof.

Crusta oliae major, caranaisci dicta. *Rumph. amb. 5. p. 460. t. 170. f. 2.*

Habitat in Java & Amboina.

Præcedenti major, differt floribus solitariis axillaribus, quod aliquando in floribus antipoda observatur.

RUELLIA (*alternata*) foliis oblongo-cordatis crenatis petiolatis, spicis alternis foliosis, bracteis crenatis.

Prunella molucca sylvestris alba & rubra. *Rumph. amb. 6. p. 31. t. 13. f. 2, 3.*

Pee-tsjanga-puispam. *Rheed. mal. 9. p. 115. t. 59.*

Dinding Ary malaice Javanis.

Habitat in Java.

RUELLIA (*repens*) foliis lanceolatis integerrimis, floribus sessilibus, brae-
teis petiolatis, caule repente. *Tab. 41. f. 1.*

Planta folio silagoeri, fructu spicato, D. Kleinhof.

Habitat in Java.

RUELLIA (*erecta*) foliis ovalibus integerrimis, floribus axillaribus sessili-
bus, caule erectiusculo. *Tab. 41. f. 3.*

♂ Katulio vitsna-elandi. *Rheed. mal. 9. p. 119. t. 61.* quæ foliis alternis.

Habitat in India.

Variat a præcedenti: caule erecto rigidiusculo: foliis brevioribus obtusis, floribus pluribus
subsessilibus, pistillo elongato persistente.

RUELLIA (*persica*) foliis lanceolatis dentatis spinulosis, floribus oppositis. *Tab. 42. f. 1.*

Acanthus persicus. *Garzin. herb.*

Habitat in Persia.

Caul. brevissimus glaber lineatus. *folia opposita* saepius subquaterna subsessilia lanceolata,
denticulis utrinque tribus quinque interruptis, spinula multum acuminatis & exsertis:
(ut in *Melampyro arvensi*) ciliatis, nervo albicante. *Flores axillares sessiles* solitarii.
Calycis anguli acuminati, dentibus brevibus ciliati.

BARLERIA (*longifolia*) spinis verticillorum senis, foliis ensiformibus longissimis scabris. *Linn. sp. 887. Amoen. acad. 4. p. 320.*

Anchusa angustifolia, verticillis longis, aculeis armatis. *Plukn. alm. 30. t. 133. f. 4.*

Habitat in India.

BARLERIA (*Prionitis*) spinis axillaribus quaternis, foliis integerrimis.
Linn. sp. 887. Fl. zeyl. 233. Roy. lugdb. 291. n. 1.

Adhatoda ad alas spinosa & florifera. *Burm. zeyl. 8.*

Lycium indicum, spinis quaternis ad foliorum singulorum exortum. *Seb. thes. 1. s. 21. t. 13. f. 1.*

Me-

136 DIDYNAMIA ANGIOSPERMA.

Melampyro cognato maderaspatana, spinis horrida. *Plukn. alm.* 243. *t.* 119. *f.* 5.

Hystrix frutex. Rumph. amb. aust. 22. *t.* 13.

Coletta - vēetla. Rheed. mal. 9. *p.* 77. *t.* 41.

Habitat in India.

BARLERIA (buxifolia) spinis axillaribus oppositis solitariis, foliis subrotundis integerrimis. *Linn. sp.* 887.

Barleria americana spinosissima frutescens, buxi folio parvo. *Amm. herb.* 164.

Planta javanica, jalappæ flore, *D. Garcin.*

Capparis forma frutex spinosus malabaricus. Plukn. alm. 80.

Cara - schulli. Rheed. mal. 2. *p.* 91. *t.* 47.

Habitat in Indiis.

BARLERIA (criflata) foliis oblongis integerrimis, calycis foliolis duobus latioribus ciliatis, duobusque linearibus acutis. *Linn. sp.* 887. *Osb. it.* 225. *t.* 1.

Melampyro cognata maderaspatensis. *Moris. hist.* 3. *p.* 429. *f.* 11. *t.* 23. *f.* 7.

Habitat in India.

Tab. 43. OVIEDA (mitis) foliis lanceolatis subrepandis. Linn. sp. 889.

f. 1. Bonga Penjaton. Javanis.

Habitat in Java.

VOLKAMERIA (aculeata) spinis petiolorum rudimentis. *Linn. sp.* 889. *Jacquin. hist.* 117.

Clerodendrum fruticosum spinosum, foliis inferioribus confertis, superioribus oppositis, pedunculis tripartitis trifloris alaribus. *Brown. jam.* 262. *t.* 30. *f.* 2.

Liguistruum aculeatum, fructa testiculato. *Plum. ic.* 164. *f.* 1.

Paliuro affinis ligustrifolia spinosa, flore monopetalō difformi. *Sloan. hist.* 2. *p.* 137. *t.* 166. *f.* 23. *Raj. dendr.* 95.

Duglassia spinosa ligustrifolia folio. *Amm. herb.* 576.

Frutex sylvestris, flore albo, Antralia moegri javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in utraque India.

VOLKAMERIA (inermis) ramis inermibus, foliis ovalibus integerrimis. *Linn. sp.* 889. *Fl. zeyl.* 231.

Periclymeni similis myrtifolia arbor maderaspatensis. Plukn. amalth. 167.


Baccifera malabarica, fructu oblongo tetracocco calyculato. *Raj. hist.* 1573.

Jasminum littoreum. Rumph. amb. 5. *p.* 86. *t.* 46.


Jasminum glandiferum foetidum zeylanicum. Burm. zeyl. 127.

Jasmini flore frutex philippensis, foliis floribusque fere ternis. *Petiv. gaz.* *t.* 42. *f.* 7.


Peri-



1. *RUELLIA porsica*.
2. *ACANTHUS culiaris*.



1. *CORNUTIA corymbosa*
2. *RUELLIA repens*.
3. *RUELLIA erecta*.

1. *OVIEDA mitis*.2. *VITES pinnata*.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA. 137

Periclymeno similis arbor myrtifolia maderaspatana. *Plukn. alm.* 287. t. 211. f. 4.

Nir notsijil. *Rheed. mal.* 5. p. 97. t. 49.

Serouni laut seu jasminum sylvestre. D. *Kleinhof.*

Habitat in India.

VOLKAMERIA (alternifolia) ramis inermibus, foliis alternis ovatis dentatis, floribus terminalibus. *Tab. 44.*

Puan-Bonga. Javanis.

Romi simplicissimi glabri, cortice albicante. *Folia a' tera patentia petiolata ovata dentibus inæqualibus acuminata. pedunculi longissimi terminatae.*

VOLKAMERIA (multiflora) ramis inermibus, foliis oppositis cordatis subdentatis acuminatis, pedunculis axillaribus multifloris. *Tab. 45.* f. 1.

Planta javanica, flore irregulari. *Garcin. herb.*

Habitat in Java.

Differt a præcedenti: *ramis tenerioribus. Foliis oppositis. Pedunculis axillaribus, floribus numeroffimis.*

CLERODENDRUM (infortunatum) foliis simplicibus cordatis tomentosis.

Linn. sp. 889. *Fl. zeyl.* 232.

Clerodendron folio lato & acuminato. *Burm. zeyl.* 66. t. 29.

Viburnum zeylanicum maximum conjugato oblongo folio, flore albo. *Hartogh. herb.*

Peragu. *Rheed. mal.* 2. p. 41. t. 25. foliis alternis. *Raj. bist.* 1571.

Habitat in India.

CLERODENDRUM (fortunatum) foliis simplicibus lanceolatis integerrimis. *Linn. sp.* 889. *Amoen. acad.* 4. p. 320. *Osb. it.* 228. t. 11.

Arbor zeylanica fortunata quibusdam Petiv. mus. n. 870.

Planta fortunata, pinna zeylonensis. *Herm. mus. zeyl.* 59.

Frutex flore perlato, fructu rotundo. D. *Kleinhof.*

Habitat in India.

In Javanica speciminibus *Folia subovata acute dentata, flores per intervalla pedunculae subumbellati, bracteis ovatis acuminatis.*

VITEX (trifolia) foliis ternatis quinatisque integerrimis, paniculis dichotomis. *Linn. 890. Fl. zeyl.* 413.

Vitex trifolia minor indica. *Plukn. alm.* 390. t. 206. f. 5.

Vitex trifolia indica odorata hortensis, floribus cœruleis racemosis. *Burm. zeyl.* 229.

Lagondium vulgare. *Rumph. amb.* 4. p. 48. t. 18.

Piperi similis fructus striatus fæmina. *Baub. pin.* 412.

Caranosi. *Rheed. mal.* 2. p. 13. t. 11. *Raj. bist.* 1575.

β Vitex trifolia, floribus per ramos sparsis. *Burm. zeyl.* 229. t. 109.

Habitat in India.

138 DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

VITEX (*Negundo*) foliis quinatis, ternatisque ferratis, floribus racemofo-
paniculatis. *Linn. sp. 890. Fl. zeyl. 414. Osb. it. 92.*

Vitex trifolia indica minor ferrata. Plukn. alm. 390.

Vitex trifolia sylvestris indica odorata. Burn. zeyl. 229.

Negundo arbor mas. Baub. bijt. I. p. 189.

Lagondium littoreum. Rumph. amb. 4. p. 50. t. 19.

Bennoni. Kheed mal. 2. p. 15. t. 12.

Habitat in India

VITEX (*zeylanica*) foliis pinnatis ternis quinise integerrimis, floribus
corymbofo- paniculatis.

Habitat in Zeylona.

*Adfinis Bennoni Hort. mal. 2. p. 15. t. 11. at folia pinnata saepius quina glaberrima ni-
gricantia, petiolis horizontalibus incrassatis. corymbus terminalis ex paniculis nume-
rosis conitans.*

*Tab. 43. VITEX (pinnata) foliis pinnatis integerrimis, paniculis trichotomis. Linn.
f. 2. sp. 890.*

Pistacio-vitex. Linn. Fl. zeyl. 445.

Patjar China. Cambang Tsjulang malaice dicta Javanis.

Habitat in Java & Zeylona.

BONTIA (*germinans*) foliis oppositis, pedunculis spicatis. *Linn. sp. 891.*

Bontia foliis subtus tomentosis. Jacq. amer. 25.

*Bontia foliis integris oblongis oppositis, petiolis crassis brevissimis subam-
plexicaulibus, floribus racemosis. Brown. jam. 263.*

Avicennia. Linn. Fl. zeyl. 57. Mat. med. 42.

*Mangle laurocerasi foliis, flore albo tetrapetalo. Sloan. bijt. jam. 2. p. 66.
Raj. dendr. 115.*

Anacardium. Baub. pin. 511. orientale. Plukn. alm. 28.

*Arbor indica, fructu conoide, cortice pulvinato, nucleum unicum nullo offi-
culo tecto claudente. Raj. bijt. 1566.*

Oepata. Kheed. mal. 4. p. 95. t. 45.

Caju cantekka Javanis.

Habitat in utrisque Indiis.

ACANTHUS (*ilicifolius*) foliis repandis dentato-spinosis, caule fruticoso
aculeato. *Linn. sp. 892. Osb. it. 92.*

Acanthus malabaricus, agrifolii folio. Petiv. sicc. 10. gaz. t. 94. f. 15.

Aquifolium indicum. Rumph. amb. 6. p. 163. t. 71.

*Aquifolii facie arbor malabarica, acanthi flore albo cucullato. Plukn.
phyt. 38. t. 264. f. 4.*


Frutex indicus spinosus, foliis agrifolii, siliqua geminata brevi. Raj. bijt. 1766.

Carduus aquaticus S. Indorum dilivaria. Cammel. lux. 6. n. 16.

Paina schylli. Kheed. mal. 2. p. 93. t. 48.

Habitat in Indiæ locis maritimis.

ACAN.




VOLKAMERIA alternifolia.

P. 437.



T. 45.



1. *VOLKAMERIA multiflora*.
2. *PEDALIUM murex*.

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA. 139

ACANTHUS (*maderaspatanus*) foliis quaternis obsolete dentatis inermibus, calycibus ciliatis. *Linn. sp.* 892.

Adhatoda maderaspatana, calyce barbato, foliis subtus villosis. *Petiv. myz.* 23.
Habitat in India.

ACANTHUS (*ciliaris*) foliis quaternis ellipticis, calycibus ciliatis.

Tab. 42.
f. 2.

Acanthus quadrifolius zeylanicus. *D. Garcin.*

Melampyro affinis tetraphylla gangetica, floribus inter folia sparsis.
Pluyn. phyt. 245. *t.* 99. *f.* 3. *Raj. bist.* 3. *p.* 402.

Habitat in Zeylona.

Caul. herbaceus dichotomus. *Folia* quaterna elliptica mutica. *Flores* axillares solitarii. *Cal.* exterior imbricatus foliolis quatuor parium ciliatis, interior tetraphyllus foliolis duobus exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus, interioribus duobus minoribus linearibus. *capula* rubra.

PEDALIUM (*murex*) *Linn. sp.* 892. *Fl. zeyl.* 440.

Tab. 45.

Hyoscyamus maritimus, fructu tribuli aculeato, dispermos. *Burm. zeyl.* *f.* 2.
122. *Herm. zeyl.* 42.

Planta zeylanica, cuius fructus est spinosus instar tribuli aquatici, albicans.
Garzin. herb.

Kaku-mullu. *Rheed. mal.* 10. *p.* 143. *t.* 72.

Habitat in Zeylona & Malabara.

Differt nostra ab H. Mal. figura, quod multo tenerior, *caul.* erectiusculus ex albedo tomentosus. *Fol.* alterna dentata scabriuscula lucida. *Flores* axillares solitarii. *fructus* obovatus; ideoque mera varietas ab illa H. Malab.

TETRADYNA MIA SILICULOSA.

LEPIDIUM (*perfoliatum*) foliis caulinis pinnato-multifidis ramiferis cordatis amplexicaulibus integris. *Linn. sp.* 397. *Roy. lugdb.* 335. *n.* 8. *Gron. orient.* 79.

Nasturtium spicatum persicum perfoliatum maximum. *Moris. bist.* 2. *p.* 294. *f.* 3. *t.* 25. *f.* 17.

Thlaspi verum dioscoridis. *Zanon. bist.* 193. *t.* 129.

Habitat in Persia.

IBERIS (*semperflorens*) frutescens, foliis cuneiformibus integerrimis obtusis. *Linn. sp.* 904. *Roy. lugdb.* 336. *n.* 1.

Leucojum fruticosum umbellatum persicum, foliis leucoji instar sempervirentibus. *Moris. bist.* 2. *p.* 196.

Thlaspi latifolium polycarpon, leucoji foliis. *Bocc. sic.* 55. *t.* 22. *f.* 1.

Thlaspi fruticosum, folio leucoji, *semperflorens.* *Seb. thes.* 1. *p.* 2. *t.* 13. *f.* 4.

Habitat in Persia.

PELTARIA (*Garzini*) foliis petiolatis ellipticis, siliculis unilocularibus compressis.

Tab. 46.

f. 1.

Alysson persicum Plantaginis aquatici folio. *Garcin. herb.*

Habitat in Persia.

Caul glaberrimi albantes. *Fol.* alterna elliptica integerrima glabra. *Siliculae* obcordatae pedunculatae compressæ glaberrimæ monospermæ, *feminibus* oblongis.

CAR.

140 TETRADYNA MIA SILIQUOSA.

CARDAMINE (*indica*) foliis simplicibus obovatis denticulatis, petiolis longis.

Cardamine Javanica humilis latifolia. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java.

In nostra planta *caules* palmates; *folia* obovata glabra, *petiolis* folio longioribus. *siliquæ* linearæ striatæ.

SISYMBRIUM (*sinapis*) foliis sublyratis denticulatis, siliquis subdeclinatis.

Draba angustifolia major. *Barr. ic.* 270.

Habitat in Java.

Statura & facies *sinapis arvensis*, at flores minutissimi albi, refertque racemos cum siliquis *sisymbrium amphibium*, licet siliquæ longiores patentissimæ declinatae.

SISYMBRIUM (*indicum*) siliquis pedunculatis rectis patentibus, foliis lyratis ovatis laevibus. *Linn. sp.* 917. ubi descr.

Sesuri-china Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in India.

Tab. 46. HELIOPHILA (*incana*) caule flexuoso, foliis linearibus subfalcatis obtusis.
f. 2. Leucojum incanum javanicum. *Garcin. herb.*

Habitat in India.

Caul. a ramo ad ramum flexuosi glaberrimi albentes. *Fol.* sessilia saepe falcata linearia obtusa. *Flores* in summo caule saepius tres pedunculati. *siliquæ* lineares compressæ, digestimè distinctæ.

BRASSICA (*chinensis*) foliis ovalibus subintegerrimis, floralibus amplexicaulibus lanceolatis, calycibus ungue petalorum longioribus. *Linn. sp.* 932. *Amoen. acad.* 4. p. 281.

Cadjoe coe. Incolis.

Habitat in China.

BRASSICA (*violacea*) foliis lanceolato-ovatis glabris indivisis dentatis. *Linn. sp.* 932.

Habitat in China.

SINAPIS (*junccea*) ramis fasciculatis, foliis summis lanceolatis integerrimis. *Linn. sp.* 934.

Sinapi indicum maximum lactucæ folio. *Herm. par. bat.* 230. t. 230.

Habitat in India.

RAPHANUS (*sativus*) siliquis teretibus torosis bilocularibus. *Linn. sp.* 935.

Raphanus chinensis oliferus *ibidem.* β.

Raphanus minor oblongus orbicularis. *Baub. pin.* 96.

Habitat in China.

CLEOME (*fruticosa*) floribus gynandris tetrandris, foliis simplicibus, caule fruticoso. *Linn. sp.* 937. ubi descr.

Habitat in India.

CLEO-



1. *PELTARIA garcini*.
 2. *HELIOPHILA incana*.
 3. *CLEOME fruticosa*.

TETRADYNAMIA SILIQUOSA. 141

CLEOME (*heptaphylla*) floribus gynandris, foliis subseptenatis, caule aculeato. *Linn.* sp. 937.
Sinapistrum indicum spinosum, foliis quinque, sex, septemve numero incertis. *Burm. zeyl.* 215.
Pentaphyllum peregrinum siliquosum bivalve majus. *Morison. bist.* 2. p. 288.
β Sinapistrum indicum majus quinquefolium asperum. *Raj. suppl.* 418.
Habitat in Indiis.

CLEOME (*pentaphylla*) floribus gynandris, foliis quinatis, caule inermi.
Linn. sp. 938. Fl. zeyl. 239.
Sinapistrum indicum pentaphyllum, flore carneo, minus non spinosum.
Herm. lugdb. 564. *Burm. zeyl.* 216. *Sloan. bist. jam.* 1. p. 294. *Raj. bist.* 859.
Pentaphyllum peregrinum siliquosum bivalve minus. *Moris. bist.* 2. p. 289.
Quinquefolium lupini folio. *Baub. pin.* 326.
Capa·veela. *Rheed. mal.* 9. p. 43. t. 24.
Habitat in Indiis.

CLEOME (*triphylla*) floribus gynandris, foliis ternatis, caule inermi.
Linn. sp. 938.
Sinapistrum indicum triphyllum, flore carneo, non spinosum. *Herm. lugdb.* 564. *Raj. supp.* 421.
Habitat in Indiis.

CLEOME (*icosandra*) floribus icosi-tetrandris, foliis quinatis. *Linn. sp. 938.*
Fl. zeyl. 240.
Sinapistrum zeylanicum pentaphyllum viscosum, flore flavo. *Burm. zeyl.* 215. t. 99.
Habitat in Zeylona.

CLEOME (*viscosa*) floribus dodecandris, foliis quinatis ternatisque. *Linn.*
sp. 238. Fl. zeyl. 241.
Sinapistrum zeylanicum triphyllum & pentaphyllum viscosum, flore flavo.
Mart. cent. 25. t. 25. *Burm. zeyl.* 215.
Papaver corniculatum acre triphyllum indicum, floribus luteis, viscosum
zeylanicum. *Plukn. alm.* 280.
Erysimum seu sinapistrum indicum triphyllum viscosum, flore flavo. *Herm.*
muf. zeyl. p. 13.
Aria veela. *Rheed. mal.* 9. p. 41. t. 23. *Ray. bist.* 3. p. 427.]
Habitat in Zeylona & Malabaria.

CLEOME (*dodecandra*) floribus dodecandris, foliis ternatis. *Linn. sp. 939.*
Fl. zeyl. 242.
Sinapistrum triphyllum pumilum glabrum, flosculo purpureo, siliqua membranacea. *Burm. zeyl.* 216. t. 100. f. 1.

142 TETRADYNA MIA SILIQUOSA.

Sinapistrum indicum triphyllum, flore carneo, non spinosum. *Sloan. bif.*
jam. 1. p. 194. t. 124 f. 1.

Sinapistrum indicum triphyllum, siliqua maxima, flore albo. *Boerb. lugdb. 307.*
Erysimum minimum triphyllum, flore purpureo fistuloso. *Herm. herb.*
Habitat in Indiis.

CLEOME (*monophylla*) floribus hexandris, foliis simplicibus petiolatis
ovatis lanceolatis. *Linn. sp. 940. Fl. zeyl. 243.*

Sinapistrum zeylanicum viscosum, folio solitario, flore flavo, siliqua tenui.
Burm. zeyl. 217. t. 100. f. 2.

Sinapistrum indicum, acetosæ vulgaris folio, siliquis longis. *Herm. zeyl. 10.*
Papaver corniculatum acre, singulari folio, malabaricum. *Pluken. alm. 210.*
Herba siliquosa indica tetraphylla, siliquis longis angustis, e singulis folio-
rum alis singulis. *Raj. app. 427.*

Tsieru-veela. *Rheed. mal. 9. p. 63. t. 34.*

Habitat in Zeylonâ & Malabara.

M O N A D E L P H I A P E N T A N D R I A.

WALTHERIA (*indica*) foliis ovatis serratis plicatis, capitulis sessilibus.
Linn. sp. 941. Roy. lugdb. 348. n. 2.

Malvinda ulmifolia, flosculis pusillis muscosis constipatis. *Burm. zeyl. 149.*
t. 68.

Alcea zeylanica carpini foliis, flosculis fasciculatim congestis. *Herm. lugdb. 13.*
Betonica arborescens, villosis foliis profunde venosis, floribus ex aliis folio-
rum glomeratis. *Pluken. mans. 31.*

Habitat in India.

WALTHERIA (*angustifolia*) foliis lanceolatis serratis, capitulis peduncu-
latis. *Linn. sp. 941. Fl. zeyl. 244. Roy. lugdb. 348. n. 1.*

Monospermum Althea arborescens villosa, flore minore. *Isnard. act. 1721. p.*
278. t. 14.

Betonica arborescens maderaspatana villosa, foliis profunde venosis. *Pluken.*
alm. 67. t. 150. f. 5.

Habitat in Indiis.

MELOCHIA (*pyramidalis*) floribus umbellatis oppositifoliis, capsulis pyra-
midatis pentagonis, angulis acutis, foliis nudis. *Linn. sp. 943. Fl. zeyl.*
245. Locfl. it. 255.

Melochia herbacea tenuissima ramosa, foliis oblongo-ovatis, umbellulis
lateralibus, foliis approximatis. *Brown. jam. 276.*

Malvinda altissima, *Betonicæ folio*, floribus ad genicula gemellis. *Burm.*
zeyl. 150. t. 69. f. 1.

Alt.

MONADELPHIA PENTANDRIA. 143

Althea minima surrecta, veronicæ villosis foliis, maderaspatana. *Plukn. alm.*
t. 132. f. 3.

Alcea indica alta ramosa, foliis floribusque minimis. *Herm. zeyl. 40.*
Habitat in Indiis.

MELOCHIA (*concatenata*) ramis confertis terminalibus, capsulis globosis
sessilibus. *Linn. sp. 944. Fl. zeyl. 247.*

Alcea indica, flosculis parvis fasciculatim ramulis adfixis. *Plukn. alm. 26.*
t. 9. f. 5. Breyn. predr. I. p. 2.

Althea folio viridi, flosculis muscosis parvis racematum dense dispositis.
Herm. zeyl. 31.

Habitat in India.

MELOCHIA (*cotchorifolia*) floribus capitatis sessilibus, capsulis subrotundis.
Linn. sp. 944. Fl. zeyl. 246.

Melochia cotchori foliis. *Dill. H. elth. 221. t. 17. f. 217. Burm. zeyl. 156.*
Althaea peregrina longiore betonicæ folio, floribus albis perexiguis, capi-
tulis arcte conglomeratis. *Plukn. alm. 25. t. 44. f. 5.*

Tsjeru-uren. *Rheed. mal. 9. p. 143. t. 73.*

Habitat in India.

MELOCHIA (*supina*) floribus capitatis, foliis ovatis ferratis, caulis
procumbentibus. *Linn. sp. 944.*

Alcea supina pusilla geranii exigui maritimi folio & facie maderaspatensis,
fructu in summo caule glomerato, pericarpio duro. *Plukn. alm. 14. t.*
132. f. 4.

Habitat in India.

MELOCHIA (*erecta*) floribus capitatis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis-
ferratis, caulis erectis.

Bompoeroetang. Javanis.

Habitat in Java.

Caul. erecti glaberrimi in nostris dichotomi. Fol. inferiora ovata superiora lanceolata acutæ
minata inæqualiter ferrata. Fl. capitati minimi, paleis setaceis. Capsulae subrotundæ
glaberrimæ.

MELOCHIA (*cordata*) floribus solitariis oppositifoliis, foliis cordatis fer-
ratis, capsulis compressis.

Malvinda foliis ferratis angulosis, flore luteo. *D. Outgaerden.*

Perum Ponnaku. Incolis Coromandeli.

Caul. bipedales erecti. Fol. cordata in quibusdam speciminibus triloba inæqualiter dentata,
petiolis foliis longioribus. Pedunc. foliis oppositi solitarii. Capsulae subrotundæ com-
pressæ polyspermae, seminibus triquetris albis.

CON-

144 MONADELPHIA DECANDRIA.

CONNARUS (*monocarpos*). *Linn. sp. 944. Fl. zeyl. 248.*

Rhus zeylanicus trifoliatus Phaseoli facie, floribus copiosis spicatis. Burm. zeyl. 199. t. 89.

Phaseolus zeylanicus arborescens monocarpos. Raj. supp. 438.

Arbor trifolia filiformis farmentosa unicam continens fabam. Herm. mus. zeyl. 30.

Habitat in Zeylona.

HUGONIA (*Myrtax*) spinis oppositis revolutis. *Linn. sp. 944. Fl. zeyl. 249.*

Cerasus zeylanica farmentosa amara capreolata seu cornigera, cortice odo-re Cisti, seu violaceo. Herm. zeyl. 9. Burm. zeyl. 57.

Ægoceratos arbor zeylanica, Lauri fructu, cortice costum olente. Raj. dendr. 45.

Myrtax frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato rotundo monopyreno. *Raj. hist. 1570.*

Cistus indicus Violæ Martiæ odore Herm. herb. ubi notatur. Cortex hujus arboris est amarissimus & aromaticus, spirans odorem Iridis seu potius Violæ Martiæ, & usurpatur in urbe Goa loco Costi.

Nux vomica maderaspatana minima, spinis corniculatis. *Petiv. herb.*

Modira-canni. *Rheed. mal. 2. p. 29. t. 19.* •

Habitat in India.

Differunt specimina in primis foliatura, Javanica foliis ovatis magnitudine Persici arboris, Zeylanica minoribus ovalibus cum acumine nigerrimis, & quæ in Petiverii herbario occurrit, foliis est coriaceis instar foliorum Arbuti uvæ ursi, omnibus spinis oppositis revolutis.

DODECANDRIA.

PENTAPETES (*phœnicea*) foliis hastato-lanceolatis serratis. *Linn. sp. 958.*

Mill. dict. t. 201.

Alcea indica lucido hastato fôlio, flore Blattariae phœniceo. *Plukn. pbyt. 255. f. 3 Raj. suppl. 523.*

Blattaria zeylanica, flore amplio coccineo. *Commel. H. Amst. I. p. 11. t. 6. Burm. zeyl. 47.*

Flos impius. *Rumph. amb. 5. p. 288. t. 100. f. 1.*

Siasmin *Rheed mal. 10. p. 1. t. 1.*? quæ foliis cordatis, pedunculis elongatis. Boengha Haram Zadah. Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in India.

PENTAPETES (*suberifolia*) foliis ovatis repandis. *Linn. sp. 959. Fl. zeyl.*

250 Amoen. acad. I. p. 407.

Pterospermadendrum suberis folio angulofo subtus incano, floribus albis. *Amn. act. petrop. 8. p. 215. t. 14.*

Arbor champacca suberis folio, fructu ligneo, seminibus alatis referto. *Petiv. mus. n. 349.*

Welagha Cinghalensium. *Herm. herb. & mus. zeyl. 3.*

Habitat in India.

PEN-

MONADELPHIA DODECANDRIA. 145

PENTAPET'S (*acerifolia*) foliis cordatis repandis. *Linn. sp. 959.* *Fl. zeyl. 220.*
Pterospermadendron folio Aceris, flore fructuque majore. *Annn. acd. petr. 8.*
p. 216. t. 16, 17.
Habitat in India.

POLYANDRIA.

BOMBAX (*pentandrum*) floribus pentandris. *Linn. sp. 959. Fl. zeyl. 220.*
Bombax foliis digitatis, brachiis erecto-patentibus, *Brown. jam. 277.*
Xylon caule inermi. *Roy. lugdb. 437. n. 1. Linn. H. cliff. 175.*
Gossypium seu xylon arbor orientalis, digitatis foliis laevibus, fructu quinquecapsulari alba & nitente lanagine farcto. *Plukn. phyt. 172. t. 188. f. 4.*
Eriophorus javana. *Rumph. amb. 1. p. 194. t. 80.*
Gossypium javanense, salicis folio. *Baub. pin. 430.*
Panja-panjala, sive arbor lanigera Bontii. *Rheed. mal. 3. p. 59. t. 49, 50, 51.*
Habitat in utraque India.

BOMBAX (*ceiba*) floribus polyandris, foliis quinatis. *Linn. sp. 959. Jacq. amer. 26.*
Xylon foliis digitatis caule aculeato. *Linn. Fl. zeyl. 221. Roy. lugdb. 437. n. 2.*
Xylon & Gossypium arboreum, caule spinoso. *Tourn. inf. 101. Baub. pin. 430.*
Gossypium arboreum maximum spinosum, folio digitato, lana sericea grisea. *Sloan. jam. 2. p. 72.*
Moul-elavou. *Rheed. mal. 3. p. 61. t. 52.*
Habitat in Indiis.

BOMBAX (*conga*) floribus polyandris, foliis palmatis quinquelobis tomentosis.
Xylon foliis quinque lobis acuminatis subtus tomentosis. *Linn. Fl. zeyl. 222.*
Ketmia folio quinquefido subtus candicante, flore flavescente, semine tomentoso. *Burm. zeyl. 136.*
Gossypium frutescens annum, folio vitis ampliore quinquefido. *Plukn. alm. 178. t. 188. f. 2.*
Conga pomifera crassa arbor, procera 30. pedum. *D. Ougarden.*
Habitat in India.

Caul. albicans scaber. *Fol. peltata palmata quinqueloba (Instar Ricini) tomentosa. Flore lutei. Cal. pentaphyllus foliolis ovatis obtusis. Cor. pentapetala plana. Stam. plurima longitudine calycis. Pist. germ. subrotundum. Styl. longitudine itaminum. Per. capula quinquelocularis; Semina plurima reniformia splendentia papposa.*

SIDA (*spinosa*) foliis cordato-oblongis serratis, stipulis setaceis, axillis subspinosis. *Linn. sp. 960. Fl. zeyl. 254. Roy. lugdb. 349. n. 6.*

T

Al-

146. MONADELPHIA POLYANDRIA.

Alcea carpini folio americana frutescens, flosculis luteis, semine duplice rostro. *Commel. H. Amst.* I. p. 3. t. 2.

Althaea Carpini folio, flosculis luteis. *Bocc. Sic.* II. t. 2.

Althaea virginiana bidens pimpinellae majoris acutiore folio, floribus minimis luteis. *Pluken. alm.* 25. t. 9. f. 6.

Alcea utriusque Indiae carpini folio, semine duplice arista donato. *Boerb. lugdb.* I. p. 271.

Malva ulmifolia, semine cum duplice rostro. *Tourn. inst.* 96.

Silagoeri panjang. Javanis.

Habitat in utraque India.

SIDA (alba) foliis cordatis subrotundis, stipulis setaceis, axillis subtrispinosis. *Linn. sp.* 960.

Malva bicornis sanguisorbae folio villoso & glabro. *Dill. H. elth.* 214. t. 171. f. 210.

Malva indica, foliis subrotundis. *Tourn. inst.* 96.

Althaea rostrata cormandelensis, Pimpinellae majoris folio subrotundo, semine bicorni. *Pluken. alm.* 26. t. 9. f. 3.

Habitat in India.

SIDA (rhombifolia) foliis lanceolato-rhomboideis ferratis, axillis subspinosis. *Linn. sp.* 961. *Fl. zeyl.* 252. *Gron. virg.* 101. *Roy. lugdb.* 349. n. 5.

Malvinda unicornis, folio Rhomboide perennis. *Dill. H. elth.* 216. t. 172. f. 212.

α *Althaea carpini folio, flosculis minimis.* *Bocc. Sic.* II. t. 6. f. 2.

Alcea utriusque Indiae carpini folio, semine simplici arista donato. *Boerb. lugdb.* I. p. 270.

β *Althaea indica minima Bæwila zeylanensis.* *Burm. zeyl.* 15.

Crescit in utraque India.

SIDA (alnifolia) foliis orbiculatis plicatis ferratis. *Linn. sp.* 961. *Fl.* 253. *Roy. lugdb.* 349. n. 7.

Malvinda stellata alnifolia. *Dill. elth.* 215. t. 172. f. 211. *Burm. zeyl.* 150.

β *Malva indica, folio cordiformi.* *Tourn. inst.* 96.

Alcea zeylanica, folio latiore cordiformi. *Herm. lugdb.* 12.

Habitat in India.

SIDA (retusa) foliis cuneiformibus retusis ferratis subtus tomentosis. *Linn. sp.* 961.

Althaea indica latiori folio cordiformi ad sumnum sinuato. *Pluken. alm.* 26. t. 9. f. 2.

Silaguirum. *Rumph. amb.* 6. p. 44. t. 19.

Kurundoti. *Rheed. mal.* 10. p. 35. t. 18.

Silagoeri. parum paon Javanis.

Habitat in India.

MONADELPHIA POLYANDRIA. 147

SIDA (acuta) foliis lanceolatis ferratis, stipulis setaceis, floribus axillari-
bus solitariis.

Althaea cormandeliana angustis prælongis foliis, semine bicorni. *Plukn.*
mant. 10. t. 344 f. 2.

Silagurium anguititolum. *Rumph. amb.* 6. p. 45. t. 18. f. 2.

Tjeru parua. *Rheed. mal.* 10. p. 105. t. 53.

Habitat in India.

Rami stricti glabri. **Fol.** alterna patentiuscula petiolata ovato-oblonga acuta. **Stipulae**
lineari-lanceolatae setaceæ petiolis longiores, **Flores** axillares solitarii pedunculati, **brac-**
teis ovatis.

SIDA (cordifolia) foliis cordatis subangulatis ferratis villosis. *Linn. sp.* 961.
Malvinda bicornis, ballotes folio molli. *Dill. H. elth.* 211. t. 171. f. 209.

Burm. zeyl. 149.

Althaea maderaspatana subrotundo folio molli & hirsuto multipilis, seu se-
minibus ad apicem crinitis. *Plukn.* 25. t. 131. f. 2.

Alcea indica, molli & lanuginoso folio, seminibus duplici & nonnunquam
triplici arista donatis. *Herm. zeyl.* 2.

Malva foliis cordatis crenatis villosis, floribus lateralibus congestis. *Linn.*
Fl. zeyl. 255.

Alcea indica minor, semine leviter cristato. *Herm. zeyl.* 42.

Katu uren. *Rheed. mal.* 10. p. 107. t. 54.

Habitat in India.

SIDA (periplocifolia) foliis oblongis integerrimis, caule paniculato. *Linn.*
sp. 962. *Fl. zeyl.* 251. *Roy. lugdb.* 349. n. 2.

Sida erecta glabra, foliis cordatis acuminateis integris subtus incanis, pe-
dunculis longissimis tenuissimis. *Brown. jam.* 280.

Abutilon periplocæ angustioris folio, fructu stellato. *Dill. H. elth.* 4. t. 3. f.
3. *Burm. zeyl.* 2.

Alcea orientalis scammoniae folio major, floribus albis. *Plukn. alm.* 17. t.
74. f. 7.

Althaea scammoniae folio, flosculis albis zeylanica. *Herm. prodr.* 309.

Abutilon ampissimo folio, caule villoso. *Plum. sp.* 2. ic. 3.

Habitat in Zeylona, Java, & America.

SIDA (Abutilon) foliis subrotundo-cordatis indivisis, pecundulis folio bre-
vioribus, capsulis multilocularibus, corniculis bifidis. *Linn. sp.* 963. *Ray.*
lugdb. 49. n. 9. *Gron. virg.* 78.

Althaea Theophrasti, flore luteo. *Bauh pin.* 316.

Abutilon nivicennæ. *Burm. zeyl.* 1.

Abutilon indicum, flore luteo. *Breyen. prodr.* 1. p. 1.

Alcea indica, **Abutilon dicta**, pericarpio membranaceo orbiculari com-
presso, vertice corniculis extus coronato, intus decem aut duodecim
loculamentis diviso. *Plukn. alm.* 17.

148 MONADELPHIA POLYANDRIA.

Althaea altera S. *Abutilon*. *Camer. epit.* 668.

Habitat in Indiis.

SIDA (asiatica) foliis cordatis indivisis, stipulis reflexis, pedunculis longioribus, capsulis multilocularibus hirsutis, calyce brevioribus. *Linn.* sp. 964.

Abutilon indicum, flore luteo minore. *Linn. Fl. zeyl.* 520. *Breyn. prodri.* 2. p. 1. *Burm. zeyl.* 1.

Alcea affinis indica, *Abutilon dicta*, flore parvo flavo, foliis mollibus profunde venosis, siliculis lanuginosiss. *Plukn. phyt.* 17. t. 126. f. 5.

Alcea populi folio villoso leviter ferrato. *Sloan. jam.* 98.

Watta Toety. Incolis.

Habilat in Indiis.

In loco natali in proceram altitudinem excrescit. *Herm. herb.*

SIDA (indica) foliis cordatis sublobatis, stipulis reflexis, pedunculis longioribus, capsulis multilocularibus scabris, calyce longioribus. *Linn.* sp. 964.

Abutilon indicum. *Camer. hort* 3. t. 1. *Bauh. hist.* 2. p. 959. *Moris. hist.* 2. p. 531. f. 5. t. 19. f. 4.

Abutilon indicum, foliis profunde incisis. *Burm. zeyl.* 2.

Althaea theophrasti similis. *Bauh. pin.* 316.

Habitat in India.

SIDA (racemosa) foliis cordatis crenatis villosis, racemis axillaribus multifloris.

Caul. teretes villosi. *Fol.* alterna magna cordata crenata acuminata, e cinereo-tomentosa; *Petiolis* longissimis. *Pedunc.* axillares erecti usculi subdichotomi, ramulis divaricatis. *Flor.* terminales plures minores lutei.

Tab. 47. *SIDA (perfida)* foliis inferioribus petiolatis cordatis acuminatis, superioribus sessilibus lanceolatis dentatis, pedunculis solitariis unifloris. f. 1.

Abutilon. *Garzin. herb.*

Habitat in Persia.

Rami stricti teretes glabri. *Fol.* inferiora petiolata magna cordata acuminata glabra lucida profunde dentata, superiora sessilia tomentosa lanceolata denticulo uno & altero ad basin, apice integrerrima. *Flor.* axillares solitarii, terminales bini, bracteis setaceis. *Calyces* tomentosi. *Corolla* lutea.


MALVA (tomentosa) foliis cordatis crenatis tomentosis, floribus lateralibus congestis, caule fruticoso. *Linn. sp.* 967. ubi descr. *Fl. zeyl.* 255. *Roy. lugdb.* 357. n. 8.

Althaea orientalis bidens, subrotundis foliis, floribus parvis luteis. *Plukn. amalh.* 11. t. 356. f. 1.

Habitat in India.

MAL.

F. 148.



L. 47.

1. *SIDA persica*.
2. *HIBISCUS panduriformis*.



MONA DELPHIA POLYANDRIA. 149

MALVA (*gangetica*) foliis cordatis obtusis scabris, floribus sessilibus glo-
meratis, arillis dentis muticis crenulatis. *Linn.* sp. 967.

Althæa indica, Abutili subrotundo folio, flore luteo spicato. *Plukn. phys.*
24. t. 74. f. 6.

Habitat in India.

MALVA (*verticillata*) caule erecto, foliis angulatis, floribus axillaribus
glomeratis sessilibus, calycibus scabris. *Linn.* sp. 970. *Roy. lugdb.* 356.

Malva sinensis erecta, flosculis albis minimis. *Baerb. lugdb.* 1. p. 268.

Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis albis pentaphyllis
verticillatim genicula ambientibus. *Moris. bist.* 2. p. 521. *Raj. bist.* 598.

Habitat in China.

ALCÆA. (*indica*) caule suffruticoso, foliis cordatis trilobis acuminatis cre-
nulatis tomentosis, pedunculis unifloris.

Malva arborea indica. D. v. Santen.

Habitat in Java.

Caul. erectus striatus tomentosus cicatriculatus fungosus, *Fol.* cordata triloba, lobis acu-
minatis e cinereo subtus tomentosa, *petiolis* foliis longioribus. *Fl.* terminales magni lu-
tei. *Cal. per.* exterior sextpartitum ad basin usque divulum, lanciniis lanceolatis, interius
quinquefidum majus, laciniis ovatis acuminatis.

URENA (*lobata*) foliis angulatis subtus tomentosis. *Linn.* sp. 974. *Fl. zeyl.*
256. *Roy. lugdb.* 358.

Urena sinica xanthii facie. *Dill. elth.* 340. t. 319. f. 412.

Trifolio adfinis indiæ orientalis xanthii facie. *Breyn. cent.* 82. t. 35.

Malvinda foliis dentatis subtus incanis. *D. Pryn.*

Alcea indica, floribus roseis parvis, fructibus parvis quinquepartitis his-
pidis lappaceis. *Herm. zeyl.* 8. *Burm. zeyl.* 9.

Lappago amboinica. *Rumph. amb.* 6. p. 59. t. 25. f. 2.

Uren. *Rheed. mal.* 10. p. 3. t. 2.

Habitat in variis Indiæ locis.

URENA (*sinuata*) foliis sinuato-palmatis, sinubus obtusis. *Linn.* sp. 974.
Fl. zeyl. 257.

Alcea indica frutescens, foliis in lacinias varie dissectis. *Plukn. alin.* 15. t.
74. f. 1. ♂ t. 5. f. 3. foliis ad marginem exasperatis bryoniæ albæ di-
visuris.

Malvinda foliis inferioribus multifidis, superioribus incisis, flore solitario.
Burm. zeyl. 150. t. 69. f. 2.

Alcea floribus roseis parvis, fructu lappaceo quinquepartito, foliis pro-
funde laciñati. *Herm. zeyl.* 63.

Malvinda flore solitario, foliis varie dissectis, quo magis ad infercora eo
lerioribus & maxime laciñati. *Populoan. Malaice.* *D. Pryn.*

Habitat in India.

150 MONADELPHIA POLYANDRIA.

URENA (*procumbens*) foliis hastato-subcordatis indivisis serratis, caule procumbente. *Linn. sp. 975.* ubi descr.

Habitat in China.

GOSSYPIUM (*herbaceum*) foliis quinquelobis, caule herbaceo laevi. *Linn. sp. 975. Roy. lugdb. 359.*

Gossypium frutescens, semine albo. *Baub. p. n. 430.*

Gossypium. *Rumph. amb. 4. p. 33. t. 12. & 13. ß. cuius lobi longiores, folia-que profunde divisa.*

Habitat in utrisque Indiis.

GOSSYPIUM (*arboicum*) foliis palmatis, lobis lanceolatis, caule fruticoso. *Linn. sp. 975. Roy. lugdb. 359.*

Gossypium latifolium. *Rumph. amb. 4. p. 37. t. 13.*

Gossypium herbaceum, seu xylon maderaspentense, rubicundo flore, pentaphyllum. *Pluken alm. 172. t. 188. f. 3.*

Cudupariti. *Rheed. mal. 1. p. 55. t. 31.*

Ceiba Javanis.

Habitat in India.

HIBISCUS (*populeus*) foliis cordatis integerrimis, caule arboreo, ca-lycum exteriore truncato. *Linn. sp. 979. Fl. zeyl. 258.*

Ketmia indica Populi folio, fructu orbiculato compresso. *Tourn. inst. 110. Burm. zeyl. 136.*

Althaea arborea indica, Populi folio, flore ephemero. *Herm. lugdb. 22.*

Alcea arborea maxima, Populi folio, flore majore flavescente. *Breyn. prodr. 2. p. 10. malbariensis. Raj bist. 1069.*

Novella littorea. *Rumph. amb. 2. p. 244. t. 74.*

Bupariti. *Rheed. mal. 1. p. 51. t. 29.*

Habitat in India.

HIBISCUS (*tiliaceus*) foliis cordatis subrotundis indivisis acuminatis cre-natis, caule arboreo, cälycum exteriore decem crenato. *Linn. sp. 976. Fl. zeyl. 259. Roy. lugdb. 532.*

Malva arborea maritima, folio subrotundo minore acuminato, subtus can-dido cortice in funes ductili. *Sloan. jam. 1. p. 215. t. 134. f. 4.*

Ketmia zeylanica sempervirens & florens tiliæ folio, flore luteo. *Burm. zeyl. 136.*

Alcea indica sinarum, flore luteo malvaceo. *Pluken. amalb. 6. t. 355. f. 5.*

Alcea malabarica, Abu-ili folio, flore minore ex albo flavescente exterius adsperso. *Raj. bist. 1070.*

Novella. *Rumph. amb. 2. p. 218. t. 73.*

Pariti. Seu Tali-Pariti. *Rheed. mal. 1. p. 53. t. 30.*

Condang waru. Javanis.

Habitat in India utraque.

Caul & Fol. in plerisque specimibus tomentosa. Stipulae & bractæ ovatae, semiamplexicaules.

MONADELPHIA POLYANDRIA. 151

HIBISCUS (*panduriformis*) foliis cordato-lanceolatis denticulatis tomento-^{Tab. 47.}
sis, caule hirto.
^{f. 2.}

Ketmia folio hastato subtus incano. *Garcin herb.*

Caul. herbaceus, pilis hirtus. Fol. alterna petiolata cordato lanceolata denticulata tomen-
tosa. Fl. pedunculati axillares. Cal. perianth. exterior octophyllum, foliolis linearis-
obtusis, pilis pellicentibus tomentosis, interior ad basin quinquefidum, foliolis ovalibus
longioribus. Corolla sulphurea ad unguis maculis purpurascensibus.

HIBISCUS (*simplex*) foliis cordatis trilobis repandis integerrimis. *Linn.*
^{fp. 977.}

Malva arborea, folio subrotundo, flore liliaceo. *Sloan. jam.* 1. p. 95. t. 134.
^{f. 1, 2, 3?}

Pannuara fonti coromandeli in colis D. Outgaerden, quæ foliis serratis tomen-
tosis.

Habitat in Asia.

HIBISCUS (*Rosa sinensis*) foliis ovatis acuminate serratis glabris, caule
arboreo. *Linn. fp. 977. Fl. zeyl.* 260.

Alcea javanica arboreascens, flore pleno rubicundo. *Breyn. cent.* 121. t. 56.

Ketmia sinensis, fructu subrotundo, flore pleno. *Tourn. inst.* 100. *Burm.*
zeyl. 233.

Althaea arborea, Rosa sinensis dicta, flore multiplici. *Herm. lugdb.* 22.

Flos festivalis. *Rumph. amb.* 4. p. 24. t. 8.

Schem-pariti. *Rheed. mal.* 1. 25. t. 17.

Campang sappadoe vel waribang. Javanis.

Habitat in India.

HIBISCUS (*hirtus*) foliis lanceolato ovatis acuminatis serratis, ramis sca-
bris, caule herbaceo. *Linn. fp. 77. ubi descr.*

Alcea fruticosa malabariensis, angustis foliis rigidiusculis, floribus amo-
ne rubellis, semine papposo. *Pluken. alm.* 14. t. 251. f. 3.

Habitat in India.

Javanicae plantæ Fol. latiora quam in *Pluken. fig. Flor.* amoene rubri, triplo minores quam
in *Rosa sinensi*.

HIBISCUS (*mutabilis*) foliis cordato-quinquangularibus obsolete ferratis,
caule arboreo. *Linn. fp. 977. Roy. lugdb.* 358. n. 3.

Althaea arborea, Rosa sinensis dicta. *Moris. bist.* 2. p. 530. f. 5. t. 18. f. 2.

Rosa sinensis. *Ferr. flor.* 493. t. 497. *Merian. sur.* 31. t. 31.

Flos horarius. *Rumph. amb.* 4. p. 27. t. 9.

Hina-paretti. *Rheed. mal.* 6. p. 66. t. 38. 39. 40. 41.

Habitat in Indiis.

152 MONADELPHIA POLYANDRIA.

HIBISCUS (*siculneus*) foliis quinquefido palmatis, caule aculeato, floribus pedunculatis. *Linn. sp. 978. Fl. zeyl. 263. Roy. lugdb. 359. n. 7.*
Ketmia zeylanica, Fici folia, perianthio oblongo integro. *Dill. eltb. 190. t. 157. f. 190. Burm. zeyl. 137.*
Habitat in Zeylona.

HIBISCUS (*sabdariffa*) foliis serratis, inferioribus ovatis indivisis, superioribus tripartitis, caule inermi, floribus sessilibus. *Linn. sp. 978. Fl. zeyl. 262. Roy. lugdb. 359. n. 6.*

Alcea acetosa indica mitis, foliis superioribus gossypii in modum tripartito-divisis. *Plukn. alm. 15. t. 6. f. 2.*

Ketmia vel Althaea indica Gossypii folio, Acetosae sapore. *Tourn. inst. 100. Burm. zeyl. 135. Raj. hist. 1900.*

Habitat in Indiis:

HIBISCUS (*cannabinus*) foliis serratis, superioribus palmatis quinquepartitis subtus uniglandulosis, caule aculeato, floribus sessilibus. *Linn. sp. 979. ubi descr.*

Alcea benghalensis spinosissima, Acetosae sapore, flore luteo pallido, umbone purpurascente. *Commel. H. amst. 1. t. 18.*

Ketmia indica, foliis digitatis, flore magno sulphureo, umbone atro-purpureo, petiolis spinosis. *Ehret. t. 6. f. 1.*

Ketmia indica, Cannabinis foliis Bangue dieta. *Burm. zeyl. 134.*
Habitat in India.

HIBISCUS (*surattensis*) recurvato-aculeatus, foliis trilobis, calycibus exterioribus appendiculatis, stipulis semicordatis, floribus pedunculatis. *Linn. sp. 979. ubi descr.*

Herba Crinalium. *Rumph. amb. 4. p. 40. t. 16. Katnat Javanis.*

Kermia indica spinulosa profunde laciniata, Acetosae sapore. *Burm. zeyl. 134. β Hibiscus foliis palmato-digitatis quinquepartitis, laciniis lanceolatis, caule aculeato. Linn. Fl. zeyl. 264.*

Alcea spinosa maderaspatana, saporis acidi, foliis profunde laciniatis canabis in modum pentapyllaea. *Plukn. alm. 15. t. 5. f. 4.*

Narinam puli. *Rheed. mal. 6. p. 75. t. 44.*

Caadru Malligei. Coromandeli Incolis. Castoeri Javanis.

Habitat in India.

HIBISCUS (*manihot*) foliis palmato-digitatis septempartitis. *Linn. sp. 980. Ketmia folio manihot serrato, flore amplio sulphureo. Dill. eltb. 189. t. 156. f. 189.*

Alcea tinica, manihot stellato folio, capsula longa pilosa pyramidata, quinquefariam divisa. *Plukn. amalb. 7. t. 355. f. 2.*

Habitat in India.

MONADELPHIA POLYANDRIA. 153

HIBISCUS (*Abelmoschus*) foliis subpeltato-cordatis septem angularibus serratis hispidis. *Linn. sp.* 980. *Fl. zeyl.* 261. *Roy. lugdb.* 358. n. 4.

Alcea hirsuta, flore flavo, semine moschato. *Marcgr. bras.* 45. t. 45.

Ketmia ægyptia, semine moschato. *Tourn. inst.* 100. *Burm. zeyl.* 134.

Alcea ægyptia villosa. *Baub. pin.* 317.

Flos moschatus. *Merian. surin.* 42. t. 42.

Granum moschatum. *Rumph. amb.* 4. p. 38. t. 15.

Catta-gasturi. *Rheed. mal.* 2. p. 71. t. 38.

Castoeri malaice, *gandapoera Javanice*.

Habitat in India.

HIBISCUS (*esculentus*) foliis quinquepartito-pedatis, calycibus interioribus latere rumpentibus. *Linn. sp.* 980.

Alcea americana annua, flore flavo maximo, fructu pyramidato sulcato.

Commel. H. amst. 1. p. 37. t. 19. *Raj. suppl.* 518.

Alcea maxima malvæ roseæ folio, fructu decagono recto crassiore breviore esculento. *Sloan. bifl. jam.* 1. p. 223. t. 133. f. 3.

Okra. *Kalm. it.* 2. p. 209. *Quingambo*. *Marcgr. bras.* 31.

Habitat in Indiis.

HIBISCUS (*vitifolius*) foliis quinqueangularibus acutis serratis, caule inerme, floribus pendulis. *Linn. sp.* 980. *Fl. zeyl.* 265.

Althæa indica vitis folio, floræ flavo pendente. *Herm. lugdb.* 26. t. 28. unguibus ex atro purpureo holosericis. *Herm. herb.*

Ketmia indica vitis folio, flore ampio flavo. *Burm. zeyl.* 137.

Alcea indica vitis folio, flore ampio flavescente, quinis ad singulos flores thecis. *Plukn. alm.* 15.

Katu-beloeren. *Rheed. mal.* 6. p. 79. t. 46.

Habitat in India.

HIBISCUS (*zeylanicus*) foliis cordato-hastatis, pedunculis alternis unifloris geniculatis. *Linn. sp.* 981. *Fl. zeyl.* 266.

Tullu Poundon Coromandeli incolis.

♂ **Ketmia zeylanica urens pilosa annua**, flore sulphureo, umbone atro-purpureo. *Seb. thes.* 2. t. 18. f. 3. *Burm. zeyl.* 137.

Habitat in Zeylona.

Caul. suffruticosus teres, *pilis* brevibus rufescensibus. *Fol.* cordato-hastata sive triloba, lobo medio productiori, lateralibus erectiusculis denticulatis. *Pedunc.* eretti pollicares infra florem geniculati, *bracteis* brevissimis. *Calyx* exterior persistens, *setis* decem filiformibus erectis, *germen* involventibus; interior brevissimus quinquedentatus, *Cor.* lutea, *Calyce* exteriore longior.

CAMELLIA (*japonica*). *Linn. sp.* 282.

Tsubakki montanus f. *sylvestris*, flore roseo simplici. *Kempf. amoena.* 850. t. 851. ♂ β. 852.

Rosa chinensis. *Edw. av.* 2. p. 67. t. 67.

Habitat in Japonia & China.

154 DIADELPHIA OCTANDRIA.

POLYGALA (*chinensis*) floribus imberbibus spicatis axillaribus, caule suffructicoso, foliis ovalibus. *Linn. sp. 989.* ubi descr.

Polygala arborea, foliis lanceolato-ovatis, capsulis compressis bilobis ultra medium divisis. *Brown. jam. 287.*

Habitat in Indiis.

POLYGALA (*glaucoidea*) floribus imberbibus, pedunculis multifloris lateralis, caulis diffusis herbaceis, foliis acutis. *Linn. sp. 991. Fl. zeyl. 270.*

Alsine glaucis marinæ folio. *Herm. zeyl. 33. Burm. zeyl. 13.*

Habitat in Zeylona.

POLYGALA (*triflora*) floribus imberbibus, pedunculis subtrifloris, caule herbaceo erecto, foliis linearibus alternis. *Linn. sp. 991. Fl. zeyl. 269.*

Linaria minima zeylanica. *Herm. zeyl. 31. Burm. zeyl. 143.*

Habitat in Zeylona.

POLYGALA (*ciliata*) floribus imberbibus, capsulis ciliato-dentatis, caule herbaceo erecto. *Linn. sp. 991. Fl. zeyl. 268.*

Habitat in India.

POLYGALA (*Thea*) floribus imberbibus, pedunculis unifloris, caule fructicoso, foliis alternis linearis-oblongis.

Polygala frutescens, Lavandulæ folio viridi, flore cæruleo. *Burm. zeyl. 195. t. 85.*

Polygala zeylanica Rosmarini folio, flore cæruleo. *Hartogb. herb.*

Thea spuria japonica. *D. Kleinb.*

β Kimalela Javanis, quæ foliis ovalibus triplo majoribus.

Javanica sub nomine Theæ missa optime quadrat cum citata *Theef. zeyl.* figura, nisi quod minor & tenerior sit.

D E C A N D R I A.

ERYTHRINA (*Corallodendron orientale*) foliis ternatis inermibus, caule arboreo aculeato. *Linn. sp. 992. Fl. zeyl. 275. Roy. lugdb. 373. n. 1.*

Corallodendrum triphyllum americanum spinosum, flore ruberrimo. *Tourn. inst. 661. Burm. zeyl. 74.*

Gelala littorea. *Rumph. amb. 2. p. 230. t. 76.*

Mouricou. *Rheed. mal. 6. p. 13. t. 7.*

Habitat in Indiis.

ERYTHRINA (*picta*) foliis ternatis aculeatis, caule arboreo aculeato. *Linn. sp. 993.*

Gelala alba. *Rumph. amb. 2. p. 234. t. 77.*

Habitat in Amboina.

DIADELPHIA DECANTRIA. 155

ASPHALATHUS (*indica*) foliis quinatis sessilibus, pedunculis unifloris.

Linn. sp. 1001.

Genista. *Linn. Fl. zeyl.* 271.

Lotus tenuifolius maderaspatanus, siliqua singulari glabra. *Plukn. alm.* 225.
t. 201. f. 2.

Dorycnium zeylanicum, folio minutissimo. *Burm. zeyl.* 89.

Dorycnium indicum, floribus singularibus rubris in pedicello oblongis, sili-
quias peregrinis. *Raj. Suppl.* 471.

Manelli. *Rheed. mal.* 9. *p. 69. t. 37.*

Habitat in India.

ASPHALATHUS (*persica*) foliis bijugis sessilibus, stipulis integerrimis,
floribus lateralibus sessilibus.

Dorycnium persicum incanum. *Garcin. herb.*

♂ Tsjovanna manilla. *Rheed. mal.* 9. *p. 71. t. 38.*

Habitat in Persia & Malabar.

*Planta lucida. Caul. herbacei glaberrimi, ramulis simplicibus. Fol. sessilia quaterna five
bijuga obovalia integerrima. Flor. axillares solitarii vel bini. Calyces albicans, lon-
gitudine fere corolla, persistentes. Legum. plana nigricantia.*

CROTALARIA (*chinensis*) foliis simplicibus ovatis subpetiolatis, stipulis
minutissimis. *Linn. sp.* 1003. ubi descr.

Habitat in China.

CROTALARIA (*junccea*) foliis simplicibus lanceolatis petiolato-sessilibus,
caule striato. *Linn. sp.* 1004. *Roy. lugdb.* 374. *n. 3. Trew. ebret.* *t. 47.*

Crotalaria benghalensis, foliis genistae hirsutis. *Plukn. alm.* 122. *t. 169. f. 5.*

Crotalaria malabarica sylvestris, foliis singularibus majoribus, floribus lu-
teis. *Raj. hist.* 3. *p. 464.*

Crotalaria malabarica falicis folio. *Garcin. herb.*

Tandala-cotti. *Rheed. mal.* 9. *p. 47. t. 26.*

Habitat in India.

CROTALARIA (*retusa*) foliis simplicibus oblongis cuneiformibus retusis.

Linn. sp. 1004. ubi descr. *Fl. zeyl.* 276.

Crotalaria asiatica, floribus luteis, folio singulari cordiformi. *Herm. lugdb.*
200. t. 201. Burm. zeyl. 80.

Genistella indica major, falicis folio glabro obtuso cordiformi, flore luteo
minore. *Brynn. prodr.* 2. *p. 50.*

Crotalaria benghalensis, ex cuius viminibus fila & vela conficiuntur. *Gar-
cin. herb.*

Crotalaria major. *Rumpb. amb.* 5. *p. 278. t. 96. f. 1.*

Tandale-cotti *Rheed. mal.* 9. *p. 45. t. 25.*

Habitat in India.

156 DIADELPHIA DECANDRIA.

CROTALARIA (*sessiflora*) foliis simplicibus lanceolatis subsessilibus, floribus sessilibus lateralibus, caule æquali. *Linn. sp. 1004.* ubi descr.
Habitat in China.

Tab. 48. f. 1. CROTALARIA (*sericea*) foliis simplicibus ovalibus subsessilibus tomentosis, floribus spicatis terminalibus.

Crotalaria Genistæ folio & siliqua ferruginea, Janachidde Malabarorum. *Plakn. mant. 58. Raj. bist. 3. p. 464.*
Habitat in India.

Rami simplices striati. Fol. alterna simplicia subpetiolata ovalia cum acumine subtus sericea. Spica terminalis, bracteis linearibus setaceis. Flores lutei.

Tab. 48. f. 2. CROTALARIA (*nana*) foliis simplicibus oblongis subsessilibus glabris, pedunculis lateralibus trifloris.

Crotalaria minor benghalensis, flore luteo. *Raj. bist. 3. p. 464.*

Crotalaria malabarica. *Garcin. herb.*

Habitat in India.

Rad. fibrosa. Caul. herbaceæ palmates erectiusculi simplicissimi. Folia alterna subpetiolata oblonga obtusa. Pedunculi axillares triflori, bracteis lanceolatis. Cal. pilosi patentes. Legum. obtusa minima.

CROTALARIA (*verrucosa*) foliis simplicibus ovatis, stipulis lunatis declinatis, ramis tetragonis. *Linn. sp. 1005. Fl. zeyl. 277.*

Crotalaria foliis solitariis ovatis acutis, caule sulcato. *Burm. zeyl. 81. t. 34.*

Crotalaria asiatica, folio singulari verrucoso, floribus cæruleis. *Herm. lugdb. 199. t. 199. Raj. bist. 1893.*

Genista indica rotundifolia spicata cærulea, siliquis hirsutis bullatis. *Herm. zeyl. 65.*

Genistella major indica, Alni folio, flore cæruleo spicato. *Breyn. prodri. 2. p. 67.*

Pee-tandale-cotti. *Rheed. mal. 9. p. 53. t. 29.*

Habitat in India.

Variat foliis obtusis & acuminatis, stipulis lunatis & lanceolatis in eadem planta, leguminibus glabris & villosis.

CROTALARIA (*laburnifolia*) foliis ternatis ovatis acuminatis, stipulis nullis, leguminibus pedicellatis. *Linn. sp. 1005. Fl. zeyl. 278.*

Crotalaria asiatica frutescens, floribus luteis amplis, trifolia. *Herm. lugdb. 196. t. 197. siliquis bullatis. herb. Herm.*

Anonis asiatica frutescens. *Tourn. inst. 409. Burm. zeyl. 21.*

Nella-tandale-cotti. *Rheed. mal. 9. p. 49. t. 27.*

Habitat in Zeylona & Malabara.

1. *CROTALARIA sericea*.2. *_____ nana*.3. *HIBISCUS cycloianus*.

DIADELPHIA DECANDRIA. 157

CROTALARIA (*quinquefolia*) foliis quinatis. *Linn. sp.* 1006.

Crotalaria pentaphylla, siliquis latis valde tumidis. *Raj. blst.* 3. p. 465.

Crotalaria pentaphylloides maderaspatana, floribus luteis. *Pluken. alm.* 122.

Lupinus folio trifido & quinquefido. *D. Kleinbof.*

Wellia-tandale-cotti. *Kheed. mal.* 9. p. 51. t. 28.

Habitat in India.

Difserit foliis ternatis, floribus rarioribus.

ONONIS (*persica*) stipulis integerrimis lanceolatis, foliis ternis cuneiformibus apice tridentatis, spica foliosa terminali. *Tab. 49.*

*Anonis non spinosa purpurea*cens minor. *Barrl. icon.* 354. quæ major.

Anonis persica, flore luteo. *Garcin. herb.*

Habitat in Persia.

Caul. vix palmaris procumbens, *ramulis* diffusis. *Folibla* subpetiolata cuneiformia, apicibus tridentatis. *Stipulae* & *bracteæ* lanceolatae semianplexicables. *Spica* foliosa terminalis, *flosculis* alternis.

LUPINUS (*javanicus*) florescentia subspicata, calycibus alternis inappendiculatis, labio superiore bipartito, inferiori trifido.

Lupinus indicus, angustissimo folio. *Herm. lugdb.* 386.

Habitat in Java.

Caul. striati glabri. *Fol.* quina petiolis duplo longioribus, foliola linearia apice obtusiusculo, basi angustiore, glaberrima. *Spica* terminalis alterniflora, *bracteæ* lanceolatis appendiculatis. *Ped.* longitudine bractearum erectiusculi. *Calyx*, quinquefidus, labio superiori majori erectiusculo bipartito, inferiori trifido. *Cor.* purpurea cens magna; inter basisum & ptereninem locum meretur, quibus adfinis.

PHASEOLUS (*coccineus*) volubilis, floribus racemosis geminis, bracteis calyce brevioribus, leguminibus pendulis. *Linn. sp.* 1016.

Phaseolus indicus, flore coccineo seu puniceo. *Moris. blst.* 2. p. 69.

Phaseolus puniceo flore. *Cornut. canad.* 184.

Habitat in Indiis.

PHASEOLUS (*lunatus*) volubilis, leguminibus acinaciformibus sublunatis levibus. *Linn. sp.* 1016.

Phaseolus benghalensis scandens, siliqua acinaciformi, semine ovato comppresso striato. *Berg. viadr.* 90.

Habitat in Bengala.

PHASEOLUS (*farinosus*) volubilis, pedunculis subcapitatis, feminibus tetragono-cylindricis pulverulentis. *Linn. sp.* 1016.

Phaseolus peregrinus, flore roseo, semine tomentoso. *Niss. að.* 1730. p. 577. t. 42.

Phaseolus indicus, hederæ folio angulofo, semine oblongo lanuginosof. *Raj. suppl.* 308.

Baniream Javanis.

Habitat in India.

158 DIADELPHIA DECANDRIA.

PHASEOLUS (*caracalla*) volubilis, vexillis carinaque spiraliter convolutis.

Linn. sp. 1017. Roy. lugdb. 367. n. 2.

Phaseolus indicus, cochleato flore. Triumf. obf. 93. t. 94. Raj. bist. 1890.
Habitat in Indiis.

PHASEOLUS (*nanus*) caule teretiusculo lævi, bracteis calyce majoribus, leguminibus pendulis compressis rugosis. *Linn. sp. 1017.*

Phaseolus vulgaris italicus humilis s. minor albus cum orbita nigricante. J. Baub. bist. 2. p. 358.

Smilax siliqua sursum ringente, sive Phaseolus parvus italicus. Baub. pin. 339.
Habitat in India.

PHASEOLUS (*radiatus*) caule erecto tereti, floribus capitatis, leguminibus cylindricis horisontalibus. *Linn. sp. 1018. act. Holm. 1742. p. 202. t. 7. f. 2. Fl. zeyl. 281.*

Phaseolus zeylanicus, siliquis radiatim digestis. Dill. eltb. 315. t. 235. f. 309.
Burm. zeyl. 192.
Habitat in Zeylona.

PHASEOLUS (*max*) caule erecto anguloſo hispido, leguminibus pendulis hirtis. *Linn. sp. 1018. Fl. zeyl. 280. Roy. lugdb. 367. n. 1.*

Phaseolus orthocaulis, Mungo Persarum, Turcarum masc, Hispanorum max. Hernand. mexic. 887.

Phaseolus erectus, caule & folio rigido, flore pallide luteo, siliqua crassa ampla. Burm. zeyl. 190.

Fructus niger, Coriandro similis. Baub. pin. 413.

Cadelium. Rumph. amb. 5. p. 388. t. 140.

Habitat in India.

PHASEOSUS (*sphaerospermus*) caule erecto, semenibus globosis, hilo tincto. *Linn. sp. 1018.*

Phaseolus erectus minor, semine sphærico albido, hilo nigro. Sloan. bist. jam. 1. p. 185. t. 117. f. 1. 2. 3.

Phaseolus indicus, fructu stricto albo minore nigra macula. Plukn. alm. 290.
Habitat in Indiis.

DOLICHOS (*sinensis*) volubilis, pedunculis multifloris erectis, leguminibus pendulis cylinaricis torulofis. *Linn. sp. 1018.*

Dolichos sinensis. Rumph. amb. 5. p. 375. t. 134.

Habitat in Sina.

DOLICHOS (*unguiculatus*) volubilis, leguminibus capitatis subcylindraceis, apice recurvo concavo. *Linn. sp. 1019.*

Cacara nigra. Rumph. amb. 5. p. 381. t. 138.

Habitat in Amboinia.

DO-



1. *ONONIS persica*.
2. *PSORALEA oxylobolia*.
3. *LOTUS persicus*.

DIADELPHIA DECANDRIA. 159

DOLICHOS (pruriens) volubilis, leguminibus racemosis hirtis, valvulis subcarinatis, pedunculis ternis. *Linn. sp. 101. Fl. zeyl. 539. Facq. amer. 27. n. 2.*

Phaseolus brasiliensis frutescens, lobis villosis pungentibus. *Sloan. jam. hist. I. p. 178.*

Phaseolus zeylanicus, lobis undique pilosis, fructu lucido nigro. *Burm. zeyl. 191.*

Phaseolus zurattensis, siliqua hirsuta pungente. *Raj. hist. 3. p. 444.*

Cacara pruritus. *Rumph. amb. 6. p. 393. t. 142.*

Nai-corana. *Rheed. mal. 8. p. 61. t. 35.*

Catjang gattal & cacara gattal Javanis. quæ ultima videtur varietas.

Habitat in Indiis.

DOLICHOS (urens) volubilis, leguminibus racemosis hirtis transversim lamellatis, seminibus hilo cinctis. *Linn. sp. 1020.*

Phaseolus indicae-orientalis, siliquis plurimis hirsutie pungentibus, faba magna ostreum referente. *Pluken. alm. 292.*

Kaku-valli. *Rheed. mal. 8. p. 63. t. 36.*

Habitat in India.

DOLICHOS (tetragonolobus) volubilis, leguminibus membranaceo-quadrangulari. *Linn. sp. 1020.*

Lobus quadrangularis. *Rumph. amb. 5. p. 374. t. 133.*

Habitat in Amboina.

DOLICHOS (minimus) volubilis, leguminibus racemosis compressis tetraspermis, foliis rhomboidibus. *Linn. sp. 1020.*

Dolichos minimus, floribus luteis. *Linn. H. cliff. 360. t. 21.*

Phaseolus exiguus glaber Trifolii foliis, siliqua plana compressa. *Burm. zeyl. 188. t. 84 f. 2.*

Phaseolus minimus fastidius, floribus spicatis e viridi luteis, semine maculato. *Sloan. hist. jam. I. p. 182. t. 115. f. I.*

Habitat in Indiis.

DOLICHOS (scarabæoides) volubilis, foliis ovatis tomentosis, floribus solitariis, seminibus bicornibus. *Linn. sp. 1020. Fl. zeyl. 282.*

Phaseolus minimus bisnagaricus, foliis argenteo-villosis, siliquis torosissimis brevibus spadicea hirsutis pubescentibus, fructu parvo scarabæoide nigro. *Pluken. alm. 290. t. 52. f. 3.*

Phaseolus zeylanicus centosus salviæ foliis, lobis parvis oblique articulatis alter. *Burm. zeyl. 188.*

Phaseolus zeylanicus, salviæ foliis subrotundis mollibus & hirsutis. *Herm. par. bat. pr. 364.*

Phaseolus persicus mollis. *Garcin. herb.*

160 DIADELPHIA DECANDRI.

Hedysarum trifoliatum repens, folio ovali hirsuto, siliqua in singulo articulo semen continente reniforme. *D. Pryn.*

Habitat in India.

DOLICHOS (*bulbosus*) *volubilis*, foliis glabris multangulis dentatis. *Linn.*
sp. 1021.

Phaseolus nervicensis, foliis multangulis, tuberosa radice. *Plukn. alm.* 292.
t. 52. f. 4.

Cacara bulbosa. *Rumph. amb.* 5. p. 373. t. 132.

Habitat in India.

Tab. 50. DOLICHOS (trilobus) volubilis, foliolis lateralibus **extrorsum** gibbis, intermedio trilobo. *Linn. sp. 1021.*

Phaseolus maderaspatanus, foliis glabris trilobis, floribus exiguis longis petiolis ex eodem puncto geminis. *Plukn. alm.* 292. *t. 214. f. 3.*

Hedysarum triphyllum repens, foliis incisis, siliquis inarticulatis hirsutis. *D. Pryn.*

Habitat in India.

Variat caule repente volubili & erectiusculo, glabro & piloso.

DOLICHOS (purpureus) *volubilis*, caule glabro, petiolis subpubescentibus, corollæ alis patentibus. *Linn. sp. 1021.* ubi descr.

Habitat in Indiis.

DOLICHOS (lignosus) *volubilis*, caule perenni, pedunculis capitatis, leguminibus strictis linearibus. *Linn. sp. 1022.*

Dolichos caule perenni lignoso. *Linn. H. Cliff.* 360. *t. 20.*

Phaseolus indicus perennis, floribus purpurecentibus. *Eichr. carol.* 36.

Cacara s. *Phaseolus perennis*. *Rumph. amb.* 5. p. 378. *t. 136.*

Habitat in India.

DOLICHOS (ensiformis) caule subrecto, leguminibus gladiatis tricarinatis, seminibus arillatis. *Linn. sp. 1022.*

Phaseolus maximus, siliqua ensiformi nervis insignita, semine albo membranula inclusa. *Sloan. hist. jam.* 1. p. 177. *t. 114. f. 1. 2. 3.*

Phaseolus indicus trifolius, siliqua longa grandi, fabis esculentis. *Raj. hist.*
3. p. 445.

Lobus. machæroides. *Rumph. amb.* 5. p. 376. *t. 135. f. 1.*

Bara-mareka. *Rheed. mal.* 1. p. 85. *t. 44.*

Habitat in Indiis.


DOLICHOS (soja) caule erecto flexuoso, lycemis axillaris erectis, leguminibus pendulis hispidis subdispermis. *Linn. sp. 1023.* *Fl. zeyl.* 534.

Phaseolus erectus, siliquis Lupini, fructu pisi majoris candido. *Kœmpf.*
amoen. 837. *t. 838.*

Phaseolus japonicus, fructu albo, ex quo soja conficiunt japonenses, *D. Sherard. Raj. hist.* 3. p. 438. ubi & memoratur alter niger, büturyi vices supplens.

Habitat in Japonia.

DO.



1. *DOLICHOS trilobus*.
2. *GLYCINE monophylla*.

DIADELPHIA DECANDRIA. 161

DOLICHOS (*b*) caule perenni lœvi, pedunculis bisfloris, leguminibus erectis. *Linn.* p. 1023. *Roy. lugdb.* 368. n. 5.

Phaseolus maderaspatanus Laplab effigie, flore parvo ochroleuco, siliquis falcatis gemellis. *Plukn. phyt.* 291. t. 213 f. 4.

Phaseolus frutescens persicus biflorus. *Garcin herb.*

Habitat in India.

DOLICHOS (*catjang*) caule erecto, leguminibus linearibus gemellis erectiusculis.

Phaseolus minor. *Rumph. amb.* 5. p. 383. t. 139.

Phaseolus indicus, flore cœruleo, siliquis erectis gemellis, fructu parvo rufescente. *Plukn. alm.* 290.

Phaseolus zeylanicus tenellus, siliquis angustis. *Herm. zeyl.* 44. *Burm. zeyl.* 189.

Péru. *Rheed. mal.* 8. p. 75. t. 41.

Habitat in India.

DOLICHOS (*uncinatus*) volubilis, caule perenni, pedunculis multifloris, leguminibus linearibus, arista uncinata.

Phaseolus subhirsutus americanus exitiosus, siliquis longis caulinis insidentibus. *Plukn. phyt.* 290. t. 214. f. 2.

Hedysarum trifoliatum repens, foliis oblongis hirsutis. *D. Kleinhof.*

Habitat in India utraque.

Differ a *Plukn* figura pedunculis brevioribus, leguminibus septem margine non callosis. *Tab. 53.*

GLYCINE (*monophyllum*) caule volubili, foliis simplicibus reniformibus, floribus paniculatis lateralibus. *f. 2.*

Auricula gliris. *D. Outgaerden*, sive Illie tsewie incolis.

Habitat Coromandeli.

Caul volubiles glaberrimi, ad exortum pedunculorum *stipulis* binis lanceolatis. *Fol.* petiolata. *solitaria* orbiculato-reniformia plicata maculata. *Flor.* rubri. *Legumina* plana monosperma.

GLYCINE (*javanica*) foliis ternatis, caule villoso, petiolis hirsutis, bracteis lanceolatis minutis. *Linn. sp.* 1024. ubi descr.

Habitat in India.

GLYCINE (*Abrus*) foliis abrupto pinnatis, pinnis numerosis obtusis. *Linn. sp.* 1025. *Fl. zeyl.* 284.

Glycirrhiza indica, siliquis & seminibus pisè coccineis, hilo nigro notatis. *Herm. prodr.* 337.

Phaseolus Glycirrhizitis, folio alato, pisè coccineo, atra macula notato. *Sloan. hist. jam.* 1. p. 180. t. 112. f. 4. 5. 6.

Phaseolus arborescens alatus & volubilis major orientalis, fructu coccineo, hilo nigro notato. *Plukn. a'm.* 294. t. 214. f. 5.

Orobus indicus *Abrus Alpini* dictus, fructu coccineo, macula nigra notato. *Burm. zeyl.* 177.

Pisum indicum minus coccineum. *Baub. pin.* 212.

Abrus. *Rumph. amb.* 5. p. 57. t. 32.

Konni. *Rheed. mal.* 8. p. 71. t. 39.

Habitat in utraque India, & Ægypto.

162 DIADELPHIA DECANDRIA.

GLYCINE (*triloba*) caule glabro prostrato, foliis ternatis trilobis, stipulis minutis, pedunculis longissimis.

Trifolium maderaspitanum, caulinis pilosis scandens, Passifloræ modo trilobatum. *Pluken. phyt.* t. 120. f. 7.

Habitat in Java.

Floret quotannis in horro; *Caules & Pedunculi* glaberrimi, *Stipulae* infra *folia* lineares, ad petiolorum exortum ovatae membranaceæ.

CLITORIA (*Ternata*) foliis pinnatis. *Linn. sp.* 1025. *Fl. zeyl.* 283.

Phaseolus indicus, Glyzirrhizæ foliis, flore ampio cæruleo. *Commel. H. Amst.* 1. p. 47. t. 24.

Flos clitoridis terhatensis. *Breyn. cent.* 76. t. 31. flore cæruleo & flore albo. *Burm. zeyl.* 100. & 101.

Ternatea flore simplici cæruleo. *Tourn. ait.* 1706. p. 84.

Flos cæruleus. *Rumph. amb.* 5. p. 56. t. 31.

Convolvulus quinquefolius glaber, flore cæruleo & albo. *D. Pryan.*

Klinter Javahis.

♂ Var. foliis minoribus rotundioribus quinquejugis, flore minore cæruleo.

LATHYRUS (*odoratus zeylanicus*) pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliis ovato-oblongis, leguminibus hirsutis. *Linn. sp.* 1032.

Lathyrus zeylanicus, odorato flore amoeno ex albo & rubro vario. *Burm. zeyl.* 138.

Habitat in Zeylona.

LATHYRUS (*sativus*) pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovali-compressis, dorso bimarginatis. *Linn. sp.* 1030. *Roy. lugdb.* 363. n. 4.

Clymenum benghalense, cadjan dictum. *Garzia herb.*

Habitat in India & Europa.

Indica differt ab Europæa, *Cirrhis bisidis* abque foliis, *Leguminibus compressis* trispermis, *acuminibus* uncinatis.

VICIA (*benghalensis*) pedunculis subquinquefloris, foliolis integerrimis, stipulis integris, leguminibus erectisculis. *Linn. sp.* 1036. *Roy. lugdb.* 365. n. 5.

Vicia benghalensis hirsuta & incana, siliquis Pisii. *Herm. lugdb.* 623. t. 625. Habitat in India.

ARACHIS (*Hypogaea*) *Linn. sp.* 1049. *Roy. lugdb.* 390.

Archidna quadrifolia villosa, flôræ luteo. *Plum. gen.* 49. *Ebret. pict.* 5. f. 3.

Senna tetraphylla f. absi congener hirsuta maderaspitanus, folliculos subterra condens. *Pluken. alm.* 341. t. 60. f. 2.

Chamæbalanus Japonica. *Rumph. amb.* 4. p. 426. t. 156.

Habitat in Indiis.

DIADELPHIA DECANDRIA. 163

CYTISUS (*cajan*) racemis axillaribus erectis, foliolis sublanceolatis tomentosis, intermedio lobatus petiolato. *Linn.* sp. 1041. *Fl. zeyl.* 279. *Roy. lugdb.* 369. n. 3.

Cytisus folio molli inciso, siliquis orobi contortis & acutis. *Burm. zeyl.* 86. t. 37.

Cytisus frutescens. Plum. spec. 19. i6. 114. f. 2.

Phaseolus erectus incanus, siliquis torosis kajan dictus. *Plukn. alm.* 293. t. 213. f. 3.

Laburnum humilis, siliqua inter grana & grana juncta, semine esculento.

Sloan. bijl. jam. 2. p. 31.

Anagyris indica leguminosa, siliquis torosis. *Herm. par. bat.* p. 311.

Cajan arbor indica, foliis Trifolii bituminosi, siliquis orobi. *Breyne. prodre.* 1. p. 20.

Thora-pacru. Rheed. mal. 6. t. 13.

Cadjang goedil Javanis. Cathaeatora Cinghalensis.

Habitat in Indiis.

Profert pisa flava, quæ ab incolis comeduntur. *Herm. herb.*

CYTISUS (*persicus*) ramis strictis divaricatis, floribus solitariis sparsis, fo. *Tab. 51.* liis linear-lanceolatis, medio duplo longiore. *f. 1.*

Cytisus persicus humilis. Garcin. herb.

Habitat in Persia.

ROBINIA (*mitis*) racemis pedicelli ternis, foliis impari-pinnatis, caule inermi. *Linn. sp.* 1044. ubi descr.

Phaseolus acedens arbor indica Coral dicta polyphylla non spinosa, foliis mollibus. *Plukn. phyt.* 293. f. 194 f. 3.

Habitat in India.

ROBINIA (*javanica*) caule inermi, foliis pinnatis sexjugis, pedunculis simplicibus multifloris.

Habitat in Java.

HIPPOCREPIS (*multifiliquosa*) leguminibus pedunculatis confertis, margine altero lobatis. *Linn. sp.* 1050. *Roy. lugdb.* 384. n. 2.

Ferrum equinum persicum. Garzin. herb.

Ferrum equinum alterum polyceraton. Fab. col. scphr. 1. p. 300. cuius iconum indica planta omnino convenit.

Ferrum equinum, siliqua multiplici. Bauh. pis. 346.

Habitat in India & Europa.

HEDYSARUM (*bupleurifolium*) foliis simplicibus lanceolatis acutis, caule inermi. *Linn. sp.* 1051.

Ornithopodium maderaspatanum bupleuri folio. Petiv. gazoph. 18. t. 11. f. 12.

Scorpioides maderaspatanum graminis leucanthemi foliis, siliquis nodosis.

Plukn. amalb. 189. t. 443. f. 4.

164 DIADELPHIA DECANDRIA.

Genista articulata repens, foliis longis acutis ex singulo rodo unum producens folium, flore cæruleo, siliculis glabris. *D. Pryn.*
Habitat in India.

HEDYSARUM (nummularifolium) foliis simplicibus cuneiformibus. *Linn.*
sp. 1051. Fl. zeyl. 288.

Hedysarum monophyllum repens, folio nummulariæ rotundo, siliculis hispidis parvis. *Burm. zeyl. 113.*

Onobrychis maderaspatana nummulariæ foliis, ornithopodii siliquis. *Petit.*
gaz. 41. t. 26. f. 4.

Genista articulata repens, foliis crassiusculis rotundis, flore cærulescente, siliquis glabris, nullis articulis vel interstitiis distinctis. *D. Pryn.*
Habitat in India.

In binis his speciebus mire ludit natura, videnturque ambæ hybridae, quum inter missa specimen plura inveniantur foliis inferioribus subrotundis, & ovalibus non cuneiformibus, superioribus lanceolatis, convenienterque inter se quoad crescendi modum, stipulis paleaceis, longitudine petiolorum, & leguminibus torulosis.

Tab. 52: HEDYSARUM (reniforme) foliis simplicibus reniformibus. Linn. sp. 1051.
f. 1. Cadjang Djingkok Javanis. D. Kleinhof.
Habitat in India.

HEDYSARUM (maculatum) foliis simplicibus ovatis obtusis. Linn. sp. 1051.
Fl. zeyl. 290. Roy. lugdb. 385. n. 1.

Hedysarum humile, capparis folio maculato. *Dill. elb. 170. t. 141. f. 161.*
Hedysarum monospermum zeylanicum pedunculatum. Burm. zeyl. 114.
Habitat in India.

HEDYSARUM (styracifolium) foliis simplicibus cordato-orbiculatis retusis supra glabris. Linn. sp. 1052.

Habitat in India.

HEDYSARUM (gangeticum) foliis simplicibus ovatis acutis, basi stipulatis. Linn. sp. 1052.

Hedysarum monophyllum latifolium, siliculis plurimis, spica longa digesta. *Burm. zeyl. 113. t. 49. f. 2.*

Hedysarum indicum, folio singulari acuminato. *Tourn. inst. 401.*

Onobrychis gangetica monophyllos, siliculis singularibus laevibus, foliatis per internodia discriminatis. *Pluken. aln. 270. t. 50. f. 3.*

Onobrychis zeylanica, folio singulari oblongo rotundo. *Raj. suppl. 453.*
Phaseolus montanus. Rumph. amb. 6. p. 146. t. 66.

Habitat in India.

Hæc quod soliatur in praecedenti propingua, qua ambæ saepius variant.

HE-



1. *HEDYSARUM* - reniforme.
2. _____ - triquetrum.
3. _____ - moniliforme.



1. *CYTISUS porosus*.
2. *SENECIO biflorus*.
3. *HEDYSARUM spartium*.

DIADELPHIA DECANDRIA. 165

HEDYSARUM (*vaginale*) foliis simplicibus cordato-oblongis, petiolis simplicibus, stipulis vaginalibus. *Linn. sp.* 1052. *Fl. zeyl.* 287.

Genista articulata repens, foliis crassiulculis planis acutis. *Burm. zeyl.* 104.
t. 49. f. 1.

Hedysarum monophyllum repens, siliculis glabris non crenatis. *Herm. zeyl.* 33.

Habitat in Zeylona.

HEDYSARUM (*triquetrum*) foliis simplicibus cordato-oblongis, petiolis *Tab. 52.*
alatis, ramis triquetris. *Linn. sp.* 1052. *Fl. zeyl.* 286. *f. 2.*

Hedysarum zeylanicum, *Aurantii* folio. *Burm. zeyl.* 120.

Onobrychis zeylanica, *Aurantii* folio. *Petiv. sicc.* 247. *Raj. hist.* 3. p. 247.

Onobrychis zeylanica monophyllos, caule triangulo, petiolis foliorum ala-
tis. *Burm. zeyl.* 176. t. 81.

Phaseolus montanus septimus. *Rumph. amb.* 6. p. 146.

Kitjingorang Javanis. cuius specimina differunt, foliis lanceolatis uti in nos-
tra figura, & ovatis uti in illa parentis.

Habitat in India.

HEDYSARUM (*strobiliferum*) foliis simplicibus, bracteis strobilarum cor-
datis obtusis. *Linn. sp.* 1053. *Fl. zeyl.* 287. t. 3.

Onobrychis Indiae orientalis, *Fagi* foliis alternis, siliculis spica longa dis-
positis. *Petiv. mus.* 788. *Raj. suppl.* 234.

Carpinus zeylanica siliculosia, sive *arbuscula zeylanica* siliculosia carpino
similis *Burm. zeyl.* 54.

Ringan-Ringan Javanis.

Habitat in India.

HEDYSARUM (*diphyllum*) foliis binatis petiolatis, floralibus sessilibus. *Linn.*
sp. 1053. *Fl. zeyl.* 291.

Hedysarum bifolium, siliculis asperis geminis inarticulatis. *Burm. zeyl.* 114.
t. 50. f. 1.

Hedysarum indicum bifolium repens, flosculis luteis, siliquis asperis villo-
sis. *Hartogb. herb.*

Plantula repens indica, binis in ramulorum extremitate foliolis, flosculis
luteis trifolii, seminibus latis. *Herm. zeyl.* 58.

Nelam-mari. *Rheed. mal.* 9. p. 161. t. 82.

Habitat in Indiis.

HEDYSARUM (*pulchellum*) foliis ternatis, bracteis strobilarum orbicula-
tis conjugatis. *Linn. sp.* 1053. *Fl. zeyl.* 292.

Hedysarum trifoliatum frutescens, flore & fructu inter duo foliola abscon-
ditis. *Burm. zeyl.* 116. f. 52.

Onobrychis maderaspatana triphylla, siliculis eleganter foliaceis. *Raj.*
suppl. 234.

166 DIADELPHIA DECANDRIA.

Onobrychis indica triphyllus, foliis amplis mucronatis, siliquis parvis, in spicam longam ex alis inter bina foliola circinnata arte coniuncta reconditis. *Plukn. amalthe. 16t. t. 433. f. 7.*

Arbuscula zeylanica trifolia, siliculis Carpino similibus, folliculis inclusis. *Herm. zeyl. 58.*

Appa appa Besaer Javanis.

Habitat in India.

HEDYSARUM (junceum) foliis ternatis lanceolatis, leguminibus uniarticulatis rhombeis, pedunculis lateralibus subumbellatis. *Linn. sp. 1053. Fil. dec. 1. t. 4.*

Habitat in India.

Tab. 51. **HEDYSARUM (spartium)** foliis simplicibus ternatisque, leguminibus articulatis hispidis, flocculis subgeminis. *f. 2.*

Spartium persicum monophyllum & triphyllum. Garzin. herb.

Habitat in India.

Planta albicans subtomentosa. Caul. fruticosi striati dichotomi. Stip. brevissimæ obtusæ. Fol. solitaria & ternata oblonga tomentosa. Fl. sparsi subpedicellati gemini vel & solitarii. Calyx brevissimus quinque dentatus, Corolla lutea, ungue longitudine calycis, limbo plano. Legum. orbiculato-compressum, setis rubris hispidum, figura ac in Hedyasare diphylla, articulis tribus-monospermis.

HEDYSARUM (umbellatum) foliis ternatis, pedunculis umbelliferis, caule fruticoso. *Linn. sp. 1053. Fl. zeyl. 293.*

Hedysarum trifoliatum arborescens, floribus ex alis foliorum, siliquis copiosis glabris. *Burm. zeyl. 115. t. 51.*

Trifolium zeylanicum arborescens, siliquis compressis articulatis, floribus albis. *Herm. zeyl. 21.*

Folium crocodili. Rumph. amb. 4. p. 112. t. 52.

Habitat in India.

HEDYSARUM (biarticulatum) foliis ternatis, caule suffruticoso, leguminibus biarticulatis. *Linn. sp. 1054. Fl. zeyl. 296.*

Hedysarum triphyllum, siliculis glabris peltatis geminis inarticulatis. *Burm. zeyl. 114. t. 50. f. 2.*

Hedysarum zeylanicum angustifolium triphyllum, siliculis compressis articulatis. *Herm. mus. zeyl. 51.*

Onobrychis zeylanica trifolia minor perennis. Raj. suppl. 457.

Habitat in India.

HEDYSARUM (heterocarpon) foliis ternatis, floribus spicatis, leguminibus articulatis, infimo monospermo, stipulis setaceis. *Linn. sp. 1054. Fl. zeyl. 298.*

Hedysarum trifoliatum, siliculis inferioribus solitariis, superioribus articulatis. *Burm. zeyl. 117 t. 53. f. 1.*

Hedysarum triphyllum zeylanicum rotundifolium. Herm. zeyl. 35.

Habitat in Zeylona.

DIADELPHIA DECANDRIA. 167

HEDYSARUM (*viscidum*) foliis ternatis, leguminibus membranaceis lèvibus integris, caule ramisque hispidis. *Linn.* 1054. *Fl. zeyl.* 295.

Hedysarum trifoliatum viscosum, Phaseoli folio subrotundo, siliculis compressis hirsutis. *Herm. zeyl.* 36.

Phaseolus viscosus, spicato flore ac fructu villoso. *Burm. zeyl.* 187. t. 84. f. 1?

Habitat in Zeylona.

HEDYSARUM (*lineatum*) foliis ternatis ovalibus lineatis, racemis axillaribus, floribus pendulis. *Linn. sp.* 1059. ubi descr. *Tab. 53.*
f. 1.

Dauro-apapa Javanis.

Habitat in India.

HEDYSARUM (*viridiflorum*) foliis ternatis acutiusculis, caule erecto, racemis longissimis erectis. *Linn. sp.* 1055. *Gron. virg.* 109.

Onobrychis americana, floribus spicatis, foliis ternis canescensibus, siliculis asperis. *Plukn. aln.* 276. t. 308. f. 5.

Hedysarum trifoliatum spicatum, foliis acuminatis. *D. Pryn.*

Hedysarum triphyllum fruticosum supinum, flore purpureo. *Sloan. hist. jav.* i. t. 118. f. 2.

Habitat in Java & Virginia.

HEDYSARUM (*capitatum*) foliis ternatis subrotundis tomentosis, racemis *Tab. 54.*
f. 1. capitatis, calycibus glabris.

Hedysarum trifoliatum arborescens, floribus spicatis, foliis subrotundis subtus lanuginosis. *Burm. zeyl.* 115.

Onobrychis Indiæ orientalis triphylla, foliis subrotundis venosis, aversa parte tenui viridiique lanagine tectis. *Plukn. amalb.* 161. t. 433. f. 3.

Caul. frutescentes simplices albicans. *Fol.* terna subrotunda integerrima tomentosa, petiolis folii medii stipulatis. *Stipulae* binæ lanceolatae emarginatae ad alas foliorum, e quibus *Pedunculi* racemosi ante florifcentiam capitato-conici.

HEDYSARUM (*hamatum*) foliis ternatis nervosis nudis, spicis sessilibus, leguminibus dispermis obtectis acumine uncinatis. *Linn. sp.* 1056.

Trifolium procumbens zeylanicum hirsutum, lori facie. *Burm. zeyl.* 226. t. 106. f. 2.

Trifolium vesicarium repens, Phaseoli foliis hirsutis. *Herm. zeyl.* 42.

Trifolium procumbens, foliis ciliatis nervosis, siliculis monospermibus acuminatis quinquestriatis. *Brown. jam.* 298.

Habitat in Zeylona & Jamaica.

HEDYSARUM (*triflorum*) foliis ternatis obcordatis, caulinibus procumbentibus, pedunculis unifloris ternis. *Linn. sp.* 1057. *Fl. zeyl.* 97.

Hedysarum trifoliatum repens, acetosellæ folio glabro, caule hirsuto. *Burm. zeyl.* 119. t. 54. f. 2.

β. He.

168 DIADELPHIA DECANTRA.

θ Hedyarum trifoliatum repens, folio ovali glabro, caule hirsuto, siliqua plana articulata. Burm. zeyl. 118. t. 54. f. 1.

Trifolium indicum majus cordatum, siliquis depresso articulatis. Herm. zeyl. 56.

Habitat in India.

Maxime differt foliatura, quæ in quibusdam speciminiis duplo major est, notatque *Herm.* in ejus *herb.* quod nitatur radice prælonga, fibras habente, innumeris cululis carnosis albescentibus donatas; flores ex purpureo & cæruleo mixti.

Tab. 53. HEDYSARUM (lagopoides) foliis ternatis obtusis, spicis hirsutis. Linn.
f. 2. sp. 1157. ubi defcr.

Trifolium agreste javanicum, seu cauda felis. D. Kleinb.

Habitat in Java & China.

Tab. 54. HEDYSARUM (stipulaceum) caule procumbente, foliis ternatis obcordatis, ramulis stipulaceis, floribus solitariis.
f. 2.

Hedyarum Persicum & malabaricum. Garcin. herb.

Crecit in Persia.

Caul. procumbentes flexuosi glabri, ad genicula stipulis lanceolatis amplexicaulibus. Ram. alterni ad singulum geniculum patentiusculi, circa medium declinati, stipulis plurimis oppositis lanceolatis brevibus setaceis. Fol. terna obcordata glabra, linea longitudinali plicata. Flor. solitarii axillares vel oppositifolii, leguminibus compressis glabris obtusis bi- & tetraspermis falcatis.


Tab. 52. HEDYSARUM (moniliforme) caulis procumbentibus stipulaceis, foliis orbiculatis solitariis, leguminibus moniliformibus, articulis globosis.
f. 3. Collecta Coromandeli.

Radix perennis lignosa. Caul. spithamei plures prostrati, ramis sparsis. Stipula bipartita striata setacea plurimæ. Fol. simplicia petiolata orbiculata obtusa levia. Capitula axillaria. Legumina sepius fasciculata pedunculata, ornithopæ figura, articulis quinque globosis pubescientibus torulosa adhaerentibus, magnis ratione foliorum.

Tab. 55. HEDYSARUM (prostratum) caulis prostratis, foliis pinnatis, capitulis lateralibus subfessilibus, leguminibus ovato-cylindricis dispermibus indivisis.
f. 1. Collecta Coromandeli.


Caul. spithamei diffusi lignosi glaberrimi teretes ramosi. Fol. pinnata foliolis 5. v. 7. cuneiformibus glabris cinereis. Stipula membranacea patuæ bifida. Flosculi pedunculati terni & quini, calycibus persistentibus aristatis. Leg: minima ovato cylindrica non interrupta torulosa acuminata bisperma levia, pistillo recto mucronata. Semina minima reniformia.

P. 267.



L. 34.


1. *HEDYSARUM capitatum.*
2. *_____ stipulicorum.*



1. *HEDYSARUM prostratum*.
2. *siliquosum*.

P. 207.

213.



1. *HEDYSARUM lineatum*.
2. *— lagopoides*.

DIADELPHIA DECANDRIA. 169

HEDYSARUM (*siliquosum*) foliis ternatis ovalibus, stipulis setaceis, spicis *Tab. 55.*
terminalibus, leguminibus integerrimis. *f. 2.*

Trifolium montanum, ekkor meung javanis. D. *Kleinhof*, qui ex Java misit.

Convenit externa forma cum capitato, *Stipulae* autem in hocce lanceolatae erectiusculæ setaceæ; *Flores*: *Spica* paniculata terminalis, leguminibus integerrimis planis glabris, sinuulo loculo extus linea obliqua distincto.

HEDYSARUM (*crinitum*) foliis pinnatis, racemis oblongis, pedunculis *Tab. 56.*
inflexis, calycibus hirtis, leguminibus subrotundis compressis inflexis.

Habitat in Java, unde absque nomine misum.

Caul. fruticosi lignosi teretes lineati geniculati. *Fol.* pinnata cum impari, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis. *Stipulae* binæ ad exortum foliorum lanceolatae, foliolorum setaceæ. *Flores* spicatae pedalis. *Pedunculi* sparsi incurvi, *pilis* albis simplicibus lanati. *Calyces* in apice pedunculi hirti. *Coroll.* obliqua flexuosa. *Leg.* inflexa subrotunda.

ÆSCHYNOMENE (*grandiflora*) caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus. *Linn. sp. 1060.*

Robinia. *Linn. sp. 1. p. 722.*

Sesban affinis arbor Indiæ orientalis. *Breyn. prodr. 1. p. 47.* *Comm. mal. 244.*

Galega affinis malabarica arboreascens, siliquis majoribus umbellatis. *Raj. bist. 1734.*

Emerus siliquis glabris longissimis, Turi Turi javanis. *D. Pryon.*

Turia. *Rumph. amb. 1. p. 188. t. 76.*

Agaty. *Rheed. mal. 1. p. 95. t. 51.*

Habitat in India.

ÆSCHYNOMENE (*arborea*) caule arboreo lævi, leguminum articulis semi cordatis glabris. *Linn. sp. 1060. Roy. lugdb. 384.*

Habitat in India.

ÆSCHYNOMENE (*aspera*) caule herbaceo scabro, leguminum articulis medio scabris. *Linn. sp. 1060. Fl. zeyl. 298. Roy. lugdb. 384.*

Hedysarum annum majus zeylanicum, Mimosæ foliis. *Tourn. inf. 402. Burm. zeyl. 119.*

Mimosa non spinosa major zeylanica. *Breyn. cent. 51. t. 52. Raj. bist. 912.*

Turie rava Malaise javanis.

Habitat in Zeylona & Java.

ÆSCHYNOMENE (*indica*) caule herbaceo lævi, foliolis obtusis, leguminibus hinc torosis obtusis. *Linn. sp. 1061. Roy. lugdb. 385. n. 4.*

Æschynomene sp̄re papilionaceo, ferri equini siliquis. *Raj. app. 481.*

Cajatus. *Rumph. amb. 4. p. 64. t. 24.*

Neli-tali. *Rheed. mal. 9. p. 31. t. 18.*

Habitat in India.

170 DIADELPHIA DECANDRIA.

ÆSCHYNOMENE (*Sesban*) caule herbaceo lævi, foliolis obtusis, leguminibus cylindricis æqualibus. *Linn. sp.* 1061.

Æschynomene mitis, seu mimoſa angustiflora filiqua, foliis perexiguis, maderaspatana. *Pluken. 252. t. 5. f. 2.*

Galega ægyptiaca siliquis propendentibus longissimis & angustissimis. *Herm. lugdb. 267.*

Galega ægyptiaca siliquis articulatis. *Baub. pin. 352.*

Sesban ex insula zeylon. *Breyn. prod. 1. p. 47. Burm. 214.*

Sesban. *Alpin. ægypt. 81. t. 82.*

Habitat in India & Ægypto.

ÆSCHYNOMENE (*pumila*) caule herbaceo lævi, foliolis acuminatis, leguminibus hinc ferratis medio scabris. *Linn. sp. 1061. ubi descr.*

Hedysarum minus annum zeylanicum, mimosæ foliis. *Linn. Fl. zeyl. 551. Burm. zeyl. 120.*

Onobrychis annua zeylanica minor, siliquis articulatis asperis. *Herm. lugdb. 458. Raj. hist. 481.*

Herba casta zeylanica, siliquis latis compressis minoribus. *Breyn. cent. 47.*

Niti-todda-valli. *Rheed. mal. 9. p. 35. t. 20.*

Habitat in India.

INDIGOFERA (*tinctoria*) leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus. *Linn. sp. 1061. Fl. zeyl. 273. Mill. ic. t. 34.*

Colutea indica humilis, ex qua indigo, folio viridi. *Herm. zeyl. 32. Burm. zeyl. 69.*

Isatis indica, foliis rorismarini, glasti affinis. *Baub. pin. 113.*

Indigo benghalensis. *Garcin. herb.*

Indicum. *Rumph. amb. 5. p. 220. t. 80.*

Ameri. *Rheed. mal. 1. p. 101. t. 54.*

Anil. s. Nil inodorum color. *Baub. hist. 2. p. 945.*

β Colutea siliquosa maderaspatana ad nodos caulinum siliquis bigemellis. *Pluken. 113. t. 165. f. 5.*

Habitat in Indiis.


INDIGOFERA (*birsuta*) leguminibus pendulis lanatis tetragonis. *Linn. sp. 1062. Fl. zeyl. 272.*

Astragalus spicatus, siliquis pendulis hirsutis, foliis sericeis. *Burm. zeyl. 37. t. 14.*

Astragalus indicus spicatus, siliquis copiosis deorsum spectantibus non falcaris polylobis. *Herm. herb.*

Katu Tagera. *Rheed. mal. 9. p. 55. t. 30. Raj. hist. 3. p. 455.*

Habitat in India.



HEDYSARUM crinitum.

DIADELPHIA DECANDRIA. 171

INDIGOFERA (*glabra*) leguminibus horizontalibus teretibus, foliis pin-natis ternatisque. *Linn. sp.* 1062. *Fl. zeyl.* 274.

Colutea siliquosa glabra, ternis quinque foliis, maderaspatana, semine ru-bello. *Pluken. alm.* 113. *t.* 166. *f.* 1.

Astragalus zeylanicus tenellus, viciae foliis subrotundis. *Burm. zeyl.* 39.

Nir pullari. *Rheed. mal.* 9. *p.* 67. *t.* 36.?

Habitat in India.

INDIGOFERA (*trifoliata*) leguminibus subsessilibus compressis pendulis, foliis ternatis lanceolatis. *Linn. sp.* 1062.

Habitat in India.

INDIGOFERA (*argentea*) leguminibus subsessilibus torulosis, foliis ternis quinque orbiculatis.

Coronilla persica argentea. *Gargin. herb.*

Habitat in Persia.

Planta sericeo-tomentosa. Caul. frutescentes teretes. Fol. terna & quina sessilia orbiculata, linea longitudinali plicata. Legumina ex proprio ramulo vel bina vel quaterna subfes-silia minima ex albo tomentosa, apicibus seta incurva.

GALEGA (*villoso*) leguminibus retrofalcatis villosis pendulis racemosis la-teralibus, foliolis glabris lanceolatis. *Linn. sp.* 1063. *Fl. zeyl.* 299.

Securidaca maderaspatensis, siliquis falcatis fulvis & villosis plurimis, cir-cum ramulos stellatim positis. *Pluken. alm.* 399. *t.* 59. *f.* 6.

β Coronilla zeylanica siliquis fuscis hirsutis pilosis, flore albo. *Burm. zeyl.* 78. *t.* 32.

Colutea indica platycarpos, flore albo ampio. *Herm. zeyl.* 54.

Habitat in India.

GALEGA (*maxima*) leguminibus strictis adscendentibus glabris, stipulis lanceolatis, foliolis oblongis glabris striatis. *Linn. sp.* 1063.

Cracca. *Linn. Fl. zeyl.* 300.

Viciafolijs glabrisvenosis oblongis, floribus gemellis *Burm. zeyl.* 228. *f. 2. t. 108.*

Habitat in Zeylona.

GALEGA (*purpurea*) leguminibus strictis adscendentibus glabris racemosis terminalibus, stipulis subulatis, foliis oblongis glabris. *Linn. sp.* 1063.

Cracca. *Linn. Fl. zeyl.* 301.

Coronilla zeylanica herbacea, flore purpurascente. *Burm. zeyl.* 77. *t.* 32.

Astragalus zeylanicus purpureus spicatus elegans. *Herm. zeyl.* 33.

Habitat in Zeylona.

GALEGA (*tinctoria*) spicis lateralibus pedunculis, leguminibus strictis pendulis, foliolis emarginatis subtus villosis. *Linn. sp.* 1063.

Cracca. *Linn. Fl. zeyl.* 302.

Altragalus zeylanicus sericeus, siliquis oblongis, floribus carneis. *Herm. zeyl.* 34.

Habitat in Zeylona.

172 DIADELPHIA DECANDRIA.

GALEGA (*senticosa*) leguminibus binis lateralius glabris, foliolis emarginatis subtus sericeis, caule fruticoso. *Linn. sp. 1053.*

Cracca. Linn. Fl. zeyl. 303.

Coronilla surattensis. Garcin. herb.

Habitat in Zeylona.

GALEGA (*barba jovis*) leguminibus solitariis glabris axillaribus, foliis oblongis, stipulis subulatis.

Barba Jovis bombayensis incana. Garcin. herb.

Ornithopodium majus e maderaspatan, foliis lanagine argenteis. Pluken. phyt. 275. t. 52. f. 1.

Habitat in India.

Planta albicans tomentosa. Caul. suffrutescentes. Fol. pinnata, foliolis oblongis obtusis integrerrimis. Stipulae ad ortum petiolorum incrassatae subulate. Fl. subpetiolati. Legum. solitaria glabra.

GALEGA (*Colutea*) leguminibus racemosis strictis adscendentibus rugosis, foliolis obovatis sericeis.

Colutea siliquosa enneaphyllos Indiae orientalis, siliquis & foliis averfa parte pubescentibus. Pluken. 112. t. 166. f. 3.

Habitat in India.

ASTRAGALUS (*chinensis*) caulescens striatus glaber, floribus racemosis pendulis, leguminibus ovatis inflatis utrinque mucronatis. *Linn. sp. 1066.*

Fil. dec. 1. t. 3. 1

Habitat in China.

*Tab. 49. PSORALEA (*corylifolia*)* foliis simplicibus ovatis. *Linn. sp. 1075.*

f. 2. Dorycnium. Roy. lugdb. 389. n. 2.

Loto-affinis Coryli folio. Dodart. act. 4. p. 289. t. 289. Pluken. alm. 277. t. 96. f. 5.

Lotus zurattensis. Garcin. herb.

Habitat in India.

PSORALEA (*enneaphylla*) foliis pinnatis, spicis axillaribus. *Linn. sp. 1076.*

Jacq. amer. 27.

Colutea enneaphyllos lotoides, siliquis conglomeratis. Pluken. alm. 113. t. 166. f. 2.

Habitat in Indiis.

TRIFOLIUM (*M. indica*) leguminibus racemosis nudis monospermis, caule erecto. *Linn. sp. 1077. Fl. zeyl. 552.*

Melilotus lutea Indiae Orientalis erecta, folliculis rotundis parvis. Pluken. alm. 246. t. 45. f. 4.

f. Melilotus indica hortensis sativa, floribus odoratis albis. Burm. zeyl. 157. Me-

DIADELPHIA DECANDRIA. 173

Melilotus humilis erecta, floribus exiguis odoratis albis. *Pluken. aln.* 247.

t. 45. f. 5.

Swendadi-pullu. Rheed. mal. 9 $\frac{1}{2}$ *p. 75. t. 40.*

Habitat in India.

LOTUS (peregrinus) leguminibus subbinatis linearibus compressis nutantibus. *Linn. sp.* 1090.

Lotus siliquis geminis peregrina. Boerb. lugdb. 2. *p. 38.*

Trifolium indicum, flore rubro. D. Kkinhof.

Habitat in Europa & India.

Caul. suffrutescentes teretes glabri. Fol. terna linearia, bracteae lanceolatae, legum. solitaria & bina linearia compressa glaberrima nutantia.

LOTUS (persicus) leguminibus ternis terminalibus torulosis, foliis ternis *Tab. 49.* quinque linearis-lanceolatis pilosis. *f. 3.*

Lotus persicus tomentosus. Garcin. herb.

Habitat in Persia.

Caul. spithamei teretes villosi. Fol. terna & quina linearis-lanceolata pilosa. Legum. terminalia torulosa uncinata.

TRIGONELLA (indica) leguminibus sessilibus subsolitariis subfalcatis, foliolis integerrimis, caule diffuso. *Linn. sp.* 1095. *Fl. zeyl.* 285.

Lotus maderaspatanus villosus, Ornithopodii siliqua singulari. Pluken. aln. 266. *t. 200. f. 7.*

Astragalus minimus repens triphyllus, siliquis falcatis. Herm. zeyl. 33. *Burm. zeyl.* 39.

Lotus indicus, siliquis acinaciformibus. Garcin. herb.

Habitat in India.

POLYADELPHIA PENTANDRIA.

CITRUS (Limon) petiolis linearibus. *Linn. sp.* 1100.

Limonia malus silvestris zeylanica, fructu pumilo, seu Limones pumili sylvestres. Burm. zeyl. 43. *t. 65. f. 1.*

Limonellus cum varietatibus. Rumph. amb. 2. *p. 106. t. 29. &c.*

Malus Limonia acida. Baub. pin. 436.

Crandang malaice Javanis.

Habitat in India & Europa.

CITRUS (Aurantium) petiolis alatis. *Linn. sp.* 1100. *Fl. zeyl.* 304. *Roy. lugdb.* 266. *n. 2.*

Malus Aurantia regia dulcis zeylanica. Herm. zeyl. 68. *Burm. zeyl.* 39.

Malus Aurantia major. Baub. pin. 436.

174 POLYADELPHIA PENTANDRIA.

β Aurantium, quæ malus Aurantia indicæ, fructu omnium maximo Pum-pelmus dicto, medulla pallescente & rufescente. *Herm. lugd. 405. Burm. cyl. 39.*
Limon decumanus, Pompelmos dictus. *Rumph. amb. 2. p. 95. t. 25. Sc. Jerrek liepis Javanis.*
Habitat in utrisque Indijs.

CITRUS (*trifoliata*) foliis ternatis. *Linn. sp. 1103.*

Sfii s-karatas. *Kämpf. amoen. p. 801. t. 802.*
Habitat in Japonia.

POLYANDRIA.

HYPERICUM (*monogynum*) floribus monogynis, staminibus corolla longioribus, calycibus coloratis, caule fruticoso. *Linn. sp. 407. Mill. dict. t. 151. f. 2.*
Habitat in China.

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

Tab. 57. f. 1. HIERACIUM (*javanicum*) foliis lanceolatis amplexicaulibus denticulatis, pedunculis unifloris, calycibus glabris.
Sonchus flore purpureo in Java inventus. *Garcin. herb.*

In nostro specimine inferiora æque ac, superiora folia amplexicaulia, uti in figura depicta sunt.

LAPSANA (*japonica*) calycibus obovatis glabris, foliis radicalibus petiolatis lanceolatis, scapo subunifolio quadrifloro.

Hieracium japonicum. *D. Kleinb. f. Hieracium asphodeli foliis acuminatis montanum. Boce. mis. 147. t. 106.*
Sonchus aphylocaulos angusto & oblongo folio. *Plukn. phyt. 354. t. 62. f. 4.*
Habitat in Japonia.

Rad. præmorpha radiculis fibrosis. Fol. radicalia erecta, petiolis longissimis dilatatis in folia excurrentibus, lanceolata integerrima. Scapus erectus sculus teres, in cuius medio foliolum, superne bifidus, pedunculis bistoris. Cal. ovatus glaberimus foliolis æqualibus linear-lanceolatis, ad cuius basin squamæ interquales imbricatae. Cor. lutea ligulata.

CARTHAMUS (*tinctorius*) foliis ovatis integris serrato-aculeatis. *Linn. sp. 1162.*

Carthamus sativus sive carthamus officinarum. Bauh. pin. 378.

Cnicus indicus Rumph. amb. 5. p. 215. t. 79.

Cnicus vulgaris. Clus. hist. 2. p. 452.

Habitat in Ægypto & India.

P. 274.

T. 57



1. *HIERACIUM jaranicum*.
2. *LAPSANA japonica*.
3. *SICYOS garcini*.

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS. 175

BIDENS (*nodiflora*) foliis oblongis integerrimis unidentatis, caule dichotomo, floribus solitariis sessilibus. *Linn. sp.* 1165. ubi descr.

Bidens nodiflora, Brunellæ folio. *Dillen. elth.* 52. t. 44. f. 2.

Habitat in Bengala.

BIDENS (*pilosa*) foliis pinnatis subpilosis, caulis geniculis barbatis, calycibus involucro simplici, seminibus divergentibus. *Linn. sp.* 1166.

Bidens latifolia hirsutior, semine angustiore radiato. *Dill. elth.* 51. t. 45. f. 51.

Adjeran-utan Savanis.

Habitat in Indiis.

Differit foliis ternatis & quinatis, in supremo caulis aliquando simplicibus.

BIDENS (*bipinnata*) foliis bipinnatis incisis, calycibus involucratis, corollis semiradiatis, seminibus divergentibus. *Linn. sp.* 1166.

Chrysanthemum americanum, Coridis Indi folio. *Herm. par.* 123. t. 123.

Chrysanthemum chinense, foliis plurifariam divisum Halicacabi peregrini æmulis. *Pluken. phyt.* t. 22. f. 4.

Habitat in China & Virginia.

CACALIA (*Kleinia*) caule fruticoso composito, foliis lanceolatis planis, petiolorum cicatricibus obsoletis. *Linn. sp.* 1168.

Kleinia foliis lanceolatis planis, caule lævi ventricoso. *Linn. H. Cliff.* 395.

Cacalianthemum folio Nerii glauco. *Dill. elth.* 61. t. 54. f. 2.

Frutex Indiae orientalis, Lavendulæ folio. *Baub. pin.* 401.

Habitat in India & Canariis.

CACALIA (*sonchifolia*) caule herbaceo, foliis lyratis amplexicaulibus dentatis. *Linn. sp.* 1169. Kleinia. *Linn. Fl. zeyl.* 305.

Chondrilla zeylanica minor marina, folio sinapios. *Burm. zeyl.* 61.

Senecio maderaspatanus sinapios folio, floribus parvis luteis. *Pluken. amalthe.* 192. t. 444 f. 1. & 27. f. 3.

Sonchus Amboinenensis. *Rumph. 5. p.* 297. t. 103. f. 1.

Tagolina Luzonum, flore purpureo. *Petiv. gaz.* t. 80. f. 13.

Chamæmelum subrotundo folio. *D. Pryn.*

Muel schavi. *Rheed. mal.* 10. p. 135. t. 68.

Habitat in India.

Differit magnitudine, caule palmari & sesquipedali, foliis inferioribus ovatis, petiolis longis simplicibus, mediis lyratis superioribus, amplexicaulibus dentatis, ut ex speciminibus javanicis appareat.

CACALIA (*incana*). caule herbaceo, foliis lanceolatis dentatis. *Linn. sp.* 1169. ubi descr.

Habitat in India.

ETHU-

176 SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

ETHULIA (*Conyzoides*) floribus paniculatis. *Linn. Fil. dec. 1. p. 1. t. 1.*
spec. 1171.

Habitat in India.

ETHULIA (*Sparganophora*) floribus sessilibus lateralibus. *Linn. sp. 1171.*
Sparganophoros Virgæ aureæ folio, floribus e foliorum alis, absque pediculis. *Vaill. atl. 368.*

Struchium. *Brown. jam. 312. t. 34. f. 2.*?

Habitat in Indiis.

Tab. 58. ETHULIA (*divaricata*) pedunculis oppositifoliis unifloris, foliis linearibus dentatis decurrentibus, caule divaricato.

Podou talei Incolis Coromandeli. *D. Outgärdens.*

Planta fesquipollucaris, ramulis simplicibus divaricatis.

EUPATORIUM (*scandens*) caule volubili, foliis cordatis dentatis acutis.

Linn. sp. 1171. Roy. lugdb. 156. n. 4.

Conyza scandens, solani folio anguloso. *Plum. ic. 99.*

Clematis novum genus Cucumeris folio virginianum. *Plukn. alm. 108.*
t. 163. f. 3.

Habitat in Virginia & Java.

Tab. 58. EUPATORIUM (*cordatum*) caule volubili, foliis petiolatis cordatis integrerrimis, floribus paniculatis.

Volubilis. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java & Vera Cruce.

Caul. volubiles glaberrimi, ramulis divaricatis oppositis. Fol. petiolata cordata inferiora solitaria, superiora opposita. Flor. terminales paniculati singulo calyce quatuor, pappo ruberrimo.

EUPATORIUM (*zeylanicum*) foliis ovato-hastatis petiolatis dentatis. *Linn. sp. 1172. Fl. zeyl. 306.*

Eupatorium zeylanicum, foliis dentatis ad pediculos breves auriculatis.

Moris. bist. 3. p. 99.

Cacalia foliis auriculatis ferratis supra nigricantibus infra lanugine alba obductis. *Burm. zeyl. 52. t. 21.*

Cacalia indica odorata. *Herm. zeyl. 5.*

Jacobaea senecionis flore zeylanica odorata. *Raj. suppl. 3. p. 188.*

Habitat in Zeylona.

EUPATORIUM (*chinense*) foliis ovatis petiolatis ferratis. *Linn. sp. 1172.*

Habitat in China.

EU-



1. *ETHULIA diraricata*.
2. *EUPATORIUM cordatum*.
3. *ARTEMISIA minima*.
4. *CONYZA irafolia*.

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 177

EUPATORIUM (*Dalea*) foliis lanceolatis venosis obsolete serratis glabris, calycibus quadrifloris, caule fruticoso. *Linn. sp.* 1171.

Dalea fruticosa, foliis oppositis oblongis angustis subferratis utrinque produtctis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 314. t. 34. f. 1.

Salvia sylvestris Daun sombong incolis dicta. *D. Pryon.*

Habitat in Java & Jamaica.

P O L Y G A M I A S U P E R F L U A.

ARTEMISIA (*vulgaris*) foliis pinnatifidis planis incisis subtus tomentosis, racemis simplicibus, floribus ovatis; radio quinquefloro. *Linn. sp.* 1188.

Artemisia vulgaris major. *Baub. pin.* 137.

Artemisia latifolia. *Rumph. amb.* 5. p. 261. t. 91. f. 2.

Artemisia chinensis, cuius mollugo Moxa dicitur. *Plukn. phyt.* 50. t. 15. f. 1.

Katu-tsjetti-pu. *Rheed. mal.* 10. p. 89. t. 45.

Habitat quoque in India.

ARTEMISIA (*chinensis*) foliis simplicibus tomentosis obtusis lanceolatis, inferioribus cuneiformibus trilobis. *Linn. sp.* 1190. ubi descr.

Artemisia foliis radicalibus a caulinis diversis. *Gmel. fib.* 2. p. 127. t. 61. f. 1. 2.

Absinthium maritimum sinarum, Lavendulæ folio, pulchrioribus corymbis, inodorum, sapore aromatico. *Plukn. amalb.* 3. p. 353. f. 5.

Salvia chinensis *D. Kleinbof.*

Habitat in China & Java.

ARTEMISIA (*maderaspatana*) foliis simplicibus lyrato-sinuatis, caulis procumbentibus, floribus pedunculatis solitariis globosis oppositifoliis. *Linn. sp.* 1190. ubi descr.

Absinthium maderaspatanum senecionis incani folio, corymbis solitariis in ramulorum fastigio speciosis. *Plukn. amalb.* 3. t. 353. f. 3.

Absinthium minus odoratum gangeticum, floribus chamæmeli solitariis e foliorum alis. *Plukn. alm.* 2. t. 1. f. 2.

Nelampata. *Rheed. mal.* 10. p. 97. t. 49.

Habitat in India.

ARTEMISIA (*minima*) foliis cuneiformibus repandis, caule procumbente, floribus axillaribus sessilibus. *Linn. sp.* 1190. *Tab. 58. f. 3.*

Habitat in China.

GNAPHALIUM (*indicum*) herbaceum, foliis lanceolatis, caule herbaceo ramosissimo diffuso corymbis inæqualibus. *Linn. sp.* 1200. *Fl zeyl.* 307.

Gnaphalium latiore folio minus ramosum, capitulis pallcentibus. *Plukn. alm.* 172. t. 187. f. 5.

Marcoelundoe saccabatti Coromandeli incolis.

Habitat in India & Cap. *B. Spei.*

178 SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

CARPESIUM (*abrotanoides*) floribus laterilibus. Osb. it. t. 10. Linn. sp. 1204. ubi descr.

Habitat in China.

BACCHARIS (*indica*) foliis obovatis denticulatis petiolatis. Linn. sp. 1205. ubi descr.

Eupatorio affinis planta zeylanica, folio ulmi. Breyn. cent. 142. t. 70.

Sonchus javanicus. Rumph. amb. lib. 8. c. 78.

Bolontas javanis. D. Kleinhof.

Habitat in Jawa.

BACCHARIS (*brasiliiana*) foliis obovatis integris scabris sessilibus subtus venosis. Linn. sp. 1205. ubi descr.

Tremate. Martigr. Bras. 81.

Habitat in Brasilia.

CONYZA (*decurrens*) foliis decurrentibus lanceolatis serrulatis, caule sub-dichotomo, floribus axillaribus sessilibus glomeratis. Linn. sp. 1206. ubi descr.

Habitat in India.

CONYZA (*bifoliata*) foliis ovalibus dentatis, pedunculis diphyllis, bracteis oppositis. Linn. sp. 1207.

Eupatoria conyzoides integro Jacobææ folio molli & incano Indiae orientalis. Pluken. aln. 140. t. 177. f. 1.

Habitat in India.

CONYZA (*anthelmintica*) foliis lanceolato-ovatis serratis nudiusculis, pedunculis subuinifloris. Linn. sp. 1207.

Baccharoides. Linn. Fl. zeyl. 418.

Conyza indica virgæ aureæ foliis, magno flore purpurascente. Vaill. att. 358.

Scabiosa conyzoides, foliis latis dentatis, semine amaro lumbricos enecante. Burm. zeyl. 210. t. 95.

Scabiosa zeylanica, capitulis foliosis, semine amaro lumbricos enecante. Herm. zeyl. 66.

Cattu-shiragam. Rheed. mal. 2. p. 59. t. 24.

Habitat in India.

CONYZA (*balsamifera*) foliis lanceolatis subtus tomentosis, petiolis etiam ferrato dentatis. Linn. sp. 1208.

Conyza odorata. Rumph. 6. t. 24. f. 1.

Conyza banthamica Helenii folio. Garcin. herb.

Conyza odorata, seu Helenium alterum salviæ odorem spirans. Clus. exot. l. 4. c. 23. p. 92.

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA. 179

Conyza arbor zeylanica, subrotundo folio maxime tomentoso. *Plukn. amalb.*
64. *Burm. zeyl.* 74.

Sembong malaice Javanis, ubi loco salviae adhibetur & sub hoc nomine
occurrit, pluresque varietates in *Rumph. herb.* recensentur 6. l. 10. p. 56.

CONYZA (cinerea) foliis oblongis, floribus paniculatis. *Linn. sp.* 1208.
Seneciooides. *Linn. Fl. zeyl.* 419.

Conyza indica inodora minor, flore purpureo papposo. *Herm. zeyl.* 2. flo-
re albo papposo. *Herm. herb.*

Senecio indica, foliis ternis crenatis. *Burm. zeyl.* 211. t. 96. f. 1.

Senecio indicus, Atriplicis folio. *Moris. bist. f. 7. t. 1. f. 7.*

Eupatorium angustiore folio bernudense, floribus flavescentibus. *Plukn.*
alm. 141. t. 243. f. 3.

Olus scrofinum. *Rumph. amb.* 6. t. 14. f. 1.

Gnaphaliun incanum, foliis oblongis undulatis serratis inferioribus lanceo-
latis superioribus linearibus, flore rigido ex albo cinereo. Bunjan Bun-
jun Javanis. *D. Kleinhof*, quæ magnitudine in primis foliorum valde di-
versa.

Habitat in India.

CONYZA (odorata) foliis ovatis serratis subtomentosis acutis, caule co-
rimboso, corollis subglobosis. *Linn. sp.* 1208.

Convza odorata minor erecta purpurascens corymbosa, foliis ovatis villosis.
Brown. jam. 318.

Conyza arborescens purpurea, folio Verbasci dentato. *Plum. ic.* t. 97.

Conyza major odorata sive *Baccharis*, floribus purpureis nudis. *Sloan. bist.*
jam. 1. p. 258. t. 152. f. 1.

β *Eupatoria conyzoides* maderaspatana, foliis glabris, flore purpurascen-
te. *Plukn. alm.* 141. t. 177. f. 2.

Salvia sylvestris seu sombong utan. *D. Kleinhof*.

Nari-Patsia. *Rheed. mal.* 10. p. 23. t. 62.

Habitat in Indiis.

CONYZA (chinensis) foliis lanceolato-ovatis reflexo serratis subtus tomen-
tosis, floribus terminalibus congestis. *Linn. sp.* 1208.

Senecio amboinensis. *Rumph. amb.* 6. p. 36. t. 14. f. 2.

β *Conyza fruticosa* Cisti odore, floribus pallide purpureis summitatibus
ramulorum insidentibus, capitulis & semine majoribus. *Sloan. bist. jam. 1.*
p. 257. t. 154. f. 3. quæ cum quibusdam Javanicis speciminibus optime
convenit.

Herba flore nodoso Bœjon Knopoénip incolis dicta *D. Kleinhof*, cuius va-
rietates sunt foliis ovatis subintegerrimis, lanceolatis, oblongis, serra-
tis, oppositis & alternis, floribus terminalibus & axillaribus.

Habitat in China & Java.

180 SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

CONYZA (*biflora*) foliis ovalibus integerrimis scabris subtus hirsutis. *Linn.*
sp. 1209

Aster marilandicus Ptarmicæ capitulis, flore albo, Baccharidis monspeliensis folio & effigie. *Plakn. mant. 29. t. 340. f. 14.*

Sambang Bassae Javanis.

Habitat in Java & China.

Differunt missa specimina foliis lanceolatis integerrimis & denticulatis tomentosis, pluresque varietates vid. apud *Rumph. amb. 6. l. 10. c. 41. p. 55,*

Tab. 59. CONYSA (laceraria) foliis sublyratis laceris tomentosis, floribus nutantibus.
f. 1. Pitoe lintjar. Javanis.

Caul. simplicissimus tomentosus, foliis alternis sublyratis laceris, pedunc. brevissimi axillares gemini & terminales paniculati ex albo pilosi nutantes.

Tab. 58. CONYSA (ivæfolia) foliis alternis lanceolatis repando-dentatis.
f. 4. Habitat in Java.

ERIGERON (*indicum*) foliis lanceolatis dentatis, calyce squarroso.
Habitat in Java.

Caul. pedales. Fol. dentata ovato-lanceolata. Flor. terminales, Cal. hirtis.

Tab. 59. ERIGERON (Pisonis) caule fruticoso, foliis ovato oblongis inæqualiter repandis petiolatis.

Absque nomine in Herb. Pisonis, quod in Brasilia collectum, occurrit. *Caul. sesqui pedalis-glaberrimus. Fol. alterna patentia petiolata-oblongo cordata sinuata repando serrata. Flor. terminales singulo pedicello sex septemve, calycibus patentibus, pappo albitante.*

ERIGERON (*denticulatum*) foliis obovatis, apicibus ferratis, corymbo terminali.

Conyza javanica in funda collecta. *Gárcin. herb.*

Rad. fibrosa. Caul. spithameus erectus teres glaber lineatus indivisus. Fol. obovata ferrata acuminata. Fl. corymbosi terminales numerosi, pappo rubicundo.

SENECIO (*divaricatus*) corollis nudis, foliis lanceolatis dentatis scabris, ramulis floriferis divaricatis. *Linn. sp. 1215. ubi descr.*

Tjonge Javanis, cuius succus ex foliis expresus in Otalgia auribus instillatur.


Habitat in Java & China.

SENECIO (*Pseudo China*) corollis nudis, scapo subnudo longissimo. *Linn.*
sp. 1217. Roy. lugdb. 164. n. 8.

Senecio maderaspatanus Rapi folio, floribus maximis, cuius radix a nonnullis China dicitur. *Dill. eth. 345. t. 258. f. 335.*

Tigelkia Javanis.

Habitat in Java.



1. *CONYZA lacera*.
2. *ERIGERON pisonis*.

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA. 181

SENECIO (*biflorus*) corollis nudis, foliis ovatis denticulatis, scapo subnudo, pedunculis bifloris.

Blontas China. Javanis.

Habitat in Java.

Fol. radicalia sublyrata superiora ovata petiolata glabra, dentibus æqualibus remotis, *scapus* erectus bifolius pedalis fulcatus superne bifidus, divisuris bifloris, *bracteæ* lineares, *floræ* nudi, *calyc.* glaberrimi pappo albo, *cor.* lutea.

Filix scandens, foliis conjugatis trifidis striatis non ferratis. *D. Pryon.* Habitat in Amboina & Java.

Var: frondibus infimis geminis bi & tripartitis, mediis pinnes bijugis absque impari, summis cum impari, quod inter hoc & flexuosum locum mereri videtur.

OPHIOGLOSSUM (*vulgatum*) fronde ovata. *Linn. sp.* 1518.

Ophioglossum vulgatum. *Bauh piu.* 354. *Plum. fil.* 35. *B. f.* 5.

Ophioglossum simplex. *Rumph. amb.* 6. p. 152. t. 68. f. 2.

Habitat in Europa & utraque India.

OSMUNDA (*zeylanica*) scapo caulino solitario, frondibus verticillatis lanceolatis indivisis. *Linn. sp.* 1519. *Fl. zeyl.* 273. ubi descr.

Osmunda javanica. *Garcin. herb.*

Ophioglossum laciniatum. *Rumph. amb.* 6. p. 153. t. 68. f. 3.

Habitat in Zeylona, Amboina, & Java.

ACROSTICUM (*lanceolatum*) frondibus linear-lanceolatis, surculo scandente. *Linn. sp.* 1523. *Fl. zeyl.* 380.

Phyllitis malabarica, foliis angustis, marginibus pilosis. *Petiv.* 3. t. 54. f. 8.

Tiri panna. *Rheed. mal.* 12. p. 141. t. 74.

Parasitica ex java, kakajar Lacki Lacki dicta. *D. v. Santen.*

Habitat in Indiæ arboribus putridis & saxis petrosis.

ACROSTICUM (*pectinatum*) nudum simplicissimum, spica ovata secundâ adscendente reflexâ compressa. *Linn. sp.* 1524. *Amoen. acad.* I. p. 144. f. 4. & 5.

Juncus elegansissimus, capitulis pectinatis. *Pluken. aln.* 200. t. 95. f. 7.

Juncus africanus, pectinato capite. *Moris. hist.* 3. p. 233. f. 8. t. 9. f. 30.

Habitat in Africa & Zeylona.

ACROSTICUM (*longifolium*) frondibus lanceolatis obtusiusculis integerimis, surculo reptante.

Asplenium angustifolium e medio ad apicem seminiferum. *Petiv. gaz.* 310. t. 61. f. 2. & 4.

Filix reptans, folio solitario integro, ad Polypodium accedens. *D. Pryon.* Habitat in Java.

ACROSTICUM (*heterophyllum*) frondibus integerimis glabris petiolatis, sterilibus subrotundis, fertilibus linearibus. *Linn. sp.* 1523. *Fl. zeyl.* 378. *Amoen. acad.* I. p. 148. t. 160. f. 2.

Filix malabarica. *Petiv. gazoph.* t. 53. f. 12.

Muscus zeylanicus arboreus clavatus, foliis crassis rotundis Lycopodiæ, fructu compresso. *Herm. zeyl.* 38..

Phyl-



1. *OPHIOGLOSSUM pedatum*.
2. *POLYPODIUM trapezoides*.
3. *POLYPODIUM radicans*
4. *ADIANTUM truncatum*.

CRYPTOGAMIA FILICES. 229

Phyllitis repens scandensve, foliis duplicibus, aliis latis & subrotundis, aliis longis & angustis. *Raj. bist. app. 13.*

Maretla-mala-maravara. *Rheed. mal. 12. p. 57. t. 29.*

Planta parasitica, quæ foliis oblongatis superiorem arboris partem ascendit. *D. van Santen.*

Habitat in Zeylona, Malabara, Java.

ACROSTICUM (*punctatum*) frondibus cordato-lingulatis acuminatis integrerrimis supra punctatis. *Linn. sp. 1524.* ubi descr.

Habitat in China.

ACROSTICUM (*dichotomum*) nudum dichotomum, spicis secundis adscendentibus reflexis compressis. *Linn. sp. 1524.*

Filix Cochine. *Pet. gazoph. t. 70. f. 12.*

Habitat in China.

ACROSTICUM (*digitatum*) stipitibus nudis triquetris, fronde digitata linearis integerrima æquali. *Linn. sp. 1524.* *Fl. zeyl. 379.* *Amoen. acad. 1. p. 260. f. 1.*

Planta pluribus foliis triquetris instar graminis cyperini summitate foliorum in plurima foliola biuncialia divisus. *Herm. zeyl. 27.* *Burm. zeyl. 194.*

Habitat in Zeylona.

ACROSTICUM (*siliquosum*) frondibus pinnatis; pinnis alternis sursum pinnulatis linearibus: inferioribus bipartitis. *Linn. sp. 1527.* *Fl. zeyl. 376.* *Amoen. acad. 1. p. 155. t. 160. f. 3.*

Acrosticum maderaspatanum, foliis laciniatis. *Petiv. mus. 741.* *Raj. bist. app. 72.* *Filicis humilis species, fragmentis longis & angustis.* *Burm. zeyl. 98.*

Filix montana Javánica D. Kleinhof. cuius pinnæ denticulatæ.

Millefolium aquaticum. *Rumph. amb. 6. p. 176. t. 74. f. 1.*

Planta siliquosa bivalvis unicapsularis, siliquis in plurimos ramulos foliatos diffusis, Crithmi marini segmenta quodammodo mentientibus. *Pluken. alm. 298. t. 215. f. 3.*

Habitat in Indiæ paludosis.

ACROSTICUM (*thalictroides*) frondibus pinnatis, pinnis alternis utrinque pinnatifidis, sterilibus latioribus. *Linn. sp. 1527.* *Fl. zeyl. 377. t. 4.*

Thalictrum zeylanicum aquaticum. *Herm. zeyl. 26.* *Burm. zeyl. 222.*

Habitat in Zeylonæ aquosis.

Javanicae frondes exteriores steriles latiores, & magis divisæ quam in icono *Fl. zeyl.*: ex radice erigitur scapus simplex, longitudine frondis: frondibus fertilibus pinnatis linearibus infra fructificationem, quæ in rora ut in *Acrostico dicotomo*.

PTERIS (*piloselloides*) frondibus sterilibus obovatis, fertilibus lanceolatis longioribus, surculis reptantibus. *Linn. sp. 1530.*

Habitat in India.

Afinis *Acrostico heterophylo*, sed folia obovalia, magis oblonga.

230 CRYPTOGAMIA FILICES.

PTERIS (*grandifolia*) frondibus pinnatis: pinnis oppositis ovato-linearibus acuminatis integerrimis. *Linn. sp. 1531.*

Phyllitis ramosa ad margines pulverulenta. *Petiv. filic. 127. t. 6. f. 15.*
Lingua cervina latifolia, membrana tenui marginata. *Plum. filic. 88. t. 106.
amer. 6. t. 8.*

Filix pinnis integris glabris non serratis oppositis, caule hirsuto *D. Pryon.*
Habitat in Indiis.

PTERIS (*vittata*) frondibus pinnatis, pinnis linearibus rectis, basi rotundatis. *Linn. sp. 1532. Osb. it. t. 4.*

Pteris simplex assurgens, foliis longioribus lanceolatis, petiolis brevibus. *Brown. jam. 90.*

Filix odorata luzonica. *Petiv. gazoph. t. 63. f. 10.*

Lonchitis major, pinnis longis angustissimisque. *Sloan. hist. jam. I. p. 79.
t. 34.*

Filix non ramosa, foliis pinnatis glaberrimis nervosis late virentibus. *D. Pryon*

Habitat in Indiis & China.

PTERIS (*pedata*) frondibus quinquangulis trifoliatis, pinnis pinnatifidis, lateralibus bipartitis. *Linn. sp. 1532.*

Hemionitis profunde laciniata ad oras pulverulenta. *Plum. amer. 24. t. 34.
Fil. 130. t. 152.*

Filix marginifera, Geranii folio. *Petiv. Filic. 176. t. 8. f. 12.*

Filix indica profunde laciniata. *D. Pryon.*

Habitat in Indiis.

PTERIS (*ensiformis*) fronde pinnata, pinnis superioribus ensiformibus sub-integerrimis, inferioribus oppositis ovatis auriculatis serratis.

Filix fronde pinnata, pinnis ensiformibus ferratis, inferioribus oppositis inferne folio longo auctis. *Linn. Fl. zeyl. 199.*

Polypodium caule simplici, foliis simplicibus variis longis ferratis. *Burm. zeyl. 196. t. 87.*

Filix pinnulis superius angustis integris vix ferratis, inferius ferratis, & varie partitis. *D. Pryon.*

♂ Filicula cheusamica, seu Hemionitis multifido folio tenuissime ferrato, ad margines seminifero. *Plukn. amalb. 94. t. 407. f. 2.*

Habitat in Zeylona & Java.

PTERIS (*semipinnata*) frondibus subbipinnatis, foliolis lateralibus, loboque infimo semipinnatifidis. *Linn. sp. 1534. Osb. it. t. 3. f. 1. ubi descr.*

Habitat in China.

BLECH.

CRYPTOGAMIA FILICES. 231

BLECHNUM (*indicum*) frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolatis serratis, basi auriculatis.

Filix Lonchitidis facie, alis denticulatis dupliciter auriculatis. *D. Pryon.*
Habitat in Java.

Diffrt ab occidentali; pinnis alternis brevioribus inferius auriculatis, superius ferrulatis.

BLECHNUM (*orientale*) frondibus pinnatis, pinnis linearibus alternis.

Linn. sp. 1535. ubi descr.

Habitat in China.

HEMIONITIS (*parasitica*) frondibus ovatis acuminatis, surculis paleaceis repentibus. *Linn. sp. 1535.*

Hemionitis parasitica repens, foliis ovato acuminatis. *Brown. jam. 95.*

Filix folio solitario integro lato, caule repente. *D. Pryon.*

Phyllitis lineis maculata. *Petiv. Filic. 9. t. 10. f. 3.*

Habitat in Indiis.

ASPLENIUM (*nidus*) frondibus simplicibus lanceolatis integerrimis glabris. *Linn. sp. 1537. ubi descr.*

Scolopendria Indiæ orientalis, Musæ facie. *Breyn. cent. 129. t. 99.*

Phyllitis indica maxima, latissimis foliis planis, Musæ facie. *Moris. bist. 3. p. 558. f. 14. t. 1. f. 15.*

Habitat in Jayæ summis arboribus.

ASPLENIUM (*arifolium*) frondibus simplicibus ovatis auriculatis sinuosis.

Asplenium Lusonicum, ark folio. *Petiv. gaz. t. 50. f. 12.*

Patitsjivi-maravara. *Rheed. mal. 12. p. 21. t. 10.*

Habitat in India.

Javanica folia minus auriculata quam in *Petiverii* figura.

POLYPODIUM (*quercifolium*) frondibus sterilibus brevioribus obtusis sinuatis; fructificantibus alternis pinnatis lanceolatis. *Linn. sp. 1547. Fl. zeyl. 382. Hill. anat. t. 10.*

Polypodium exoticum, folio quercus. *Bauh. pin. 359. Burm. zeyl. 195. Moris. bist. 3. p. 564. f. 14. t. 2. f. 15.*

Polypodium malabaricum; foliis biformibus. *Petiv. mis. 704. Raj. suppl. 57.*

Polypodium indicum. *Clus. exot. 88. t. 89. Rumph. amb. 6. p. 78. t. 36.*

Panna-kelengo-marava. *Rheed. mal. 12. p. 23. t. 11.*

Habitat in India.

POLYPODIUM (*laciniatum*) frondibus pinnatifidis, laciinis inaequalibus. Elettadi-maravara. *Rheed. mal. 12. p. 41. t. 20. 21.*

Kakajar seu Tally kaffa Javanis.

Habitat in Java & Malabara.

In Javanica foliorum foramina non observantur.

232 CRYPTOGRAMIA FILICES.

POLYPODIUM (*scolopendria*) frondibus lanceolatis integris trilobis & quinquelobis, surculo repente.

Polypodium vario modo divisum acutum & obtusum. *Burm. zeyl.* 196. t. 86.

Polypodium indicum, scolopendriæ facie. *Breyn. cent.* 190. t. 98. f. 1. 2. 3.

Phyllitis indica, foliis mucronatis & obtusioribus. *Morif. bist.* 3. f. 14. t. 1. f. 17.

Filix Hemionitis trifida & quinquefida, bullatis foliis, forte de genere Polypodii. *Plukn. mant.* 82. & *amalb.* 94. *phyt.* t. 404. f. 1. & 5.

Filix lœte viridis, foliis glabris punctatis trifidis & quinquefidis malaice
fimbar-minganang; javanice daun sambang. *D. Pryon.*

Habitat in India.

POLYPODIUM (*unitum*) frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus ferratis, ferraturis semiovatis ovato-nervosis. *Linn. sp.* 1548.

Filix zeylanica denticulata non ramosa. *Burm. zeyl.* 98. t. 44. f. 1.

Filix pyramidalis maderaspatana elegans, pinnulis ferratis. *Petiv. mus.* 10.
t. 1. f. 55.

Filix bermudensis non ramosa petræa, pinnis acutioribus planis, hirsutie pubescentibus. *Plukn. phyt.* 244. f. 1. & t. 403. f. 1.

Filix non ramosa major, surculis raris brevioribus pinnulis, crebris latis brevibus. *Sloan. bist. jam.* 1. p. 90. t. 48.

Habitat in Indiis.

POLYPODIUM (*acutum*) fronde pinnata, pinnis ensiformibus lanceolatis ferratis, basi sursum angulatis. *Linn. Fl. zeyl.* 200.

Filix zeylanica, foliis integris in margine leviter dentatis. *Burm. zeyl.* 98.

Filix non ramosa, pinnatis foliis integris ferratis, ad basin apophysi parvo dentatis, subtus duplice ordine punctorum ferrugineorum agminatim insignitis. *Plukn. alm.* 154. t. 285. f. 1.

Habitat in Zeylona.

POLYPODIUM (*auriculatum*) frondibus pinnatis, pinnis falcato-lanceolatis ferratis: basi truncatis sursum auritis. *Linn. sp.* 1548. *Fl. zeyl.* 383.

Filix zeylanica Lonchitidis facie. *Breyn. cent.* 189. t. 44. f. 2. *Burm. zeyl.* 98. t. 44. f. 2.

Filix f. Lonchitis aspera maxima indorum, *Plukn. alm.* 152. t. 30. f. 4.

Lonchitis aspera zeylanica, alis falcatis levissime denticulatis & superiore latere auriculatis. *Morif. bist.* 3. p. 566.

Filix superiore parte foliorum auriculata, caule hirsuto. *D. Pryon.*

Adianthum f. Trichomanes. Bermudense maximum, ferratis foliis, auriculatum. *Plukn. phyt.* 9. t. 125. f. 1.

Filicifolia altera auriculata minor. *D. Pryon.*

Habitat in Java.

CRYPTOGAMIA FILICES. 233

POLYPODIUM (*trapezoides*) frondibus pinnatis, pinnis oppositis ovatis *Tab. 66.*
denticulatis glabris, impari lanceolata longissima. *f. 2.*

♂ *Trichomanes majus nigrum*, pinnis leviter dentatis *Trapezii* figura.
Sloan. hist. jan. I. t. 35. f. 2. quæ foliis alternis.

Habitat in Java.

Habitu & magnitudine naturali depicta est.

* **POLYPODIUM (*radicans*)** fronde pinnata radicante, pinnis oppositis sub- *Tab. 66.*
ovatis obtusis, superiori latere latioribus. *f. 3.*

Filix scandens, pinnulis auriculatis obtusioribus. *D. Pryon.*

Filix zeylanica, foliis auriculatis brevibus obtusis. *Burm. zeyl. 98.*

Habitat in Java.

Caul. radicantes scandentes, *frons* pinnata sesquipalmaris, *pinnulis* ovato-obtusis lateri
superiori productis glabris integerimis.

POLYPODIUM (*simile*) frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integerimis
distantibus, supremis minoribus punctis serialibus. *Linn. Sp. 1549.*

Lonchitis altissima, pinnis rarissimis laciniatis. *Sloan. hist. jan. I. p. 77. t. 32.*

Polypodium javanicum, Pakku besaer incolis dictum. *D. Kleinhof.*

Habitat in Indiis.

POLYPODIUM (*diffinile*) frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis subpubescens confluentibus: inferioribus distinctis, punctis sparsis. *Linn. Sp. 1549.*

Filix jamaicensis jaceæ majoris æmula, falcatis foliis integris, margine æquali.
Plukn. alm. 154. t. 288. f. 1.

Filix pinnulis irregularibus, rufiounico profunde inciso dissimilis. *D. Pryon.*
Pakku Bezoar Javanis.

Polypodium indicum. *Rumph. amb. 6. p. 78. t. 35. f. 2.*

Welli-panna-kelengu. *Rheed. mal. 12. p. 25. t. 12. 13.*

♂ *Filix africana* *Polypodii* facie. *Plukn. phyt. t. 179. f. 1. & 400. f. 2.* cum
quibus quædam *javanica* specimina convenient, quæ pinnarum figura
& decursu in hac specie valde differunt.

POLYPODIUM (*ovatum*) fronde ovata petiolata alterna, laciniis oblongis integerimis.

♂ *Polypodium minus*, foliis integris & ferratis. *Petiv. Fil. 38. t. 14. f. 2.*
quæ lanceolata, cum *javanica* sit ovata, laciniis ad apicem productis.

Habitat in Java.

POLYPODIUM (*spinulosum*) caulescens, frondibus petiolatis pinnatifidis, *Tab. 67.*
do-trifidis, apice bifida spinosa. *f. 1.*

Polypodium indicum, foliis vario modo laciniatis, apice spiniferis ex Java.

234 CRYPTOGRAMIA FILICES.

POLYPODIUM (*parasiticum*) frondibus semibipinnatis lanceolatis: lobulis rotundatis integerrimis striatis. *Linn. sp. 1551.*

Filix mas vulgari similis, pinnulis amplioribus planis nec crenatis, virginica.

Plukn. alm. 151. t. 179. f. 2.

Kari-welli panna. *Rheed. mal. 12. p. 35. t. 17.*

Parasitica supra arbores in India habitat.

POLYPODIUM (*varium*) frondibus lateribus bipinnatis, foliolo infimo pin-

natifido. *Linn. sp. 1551.*

Filix ramosa major, pinnulis angustis obtusis non dentatis, impari surculum terminante longissima. *Plukn. mant. 83. t. 401. f. 1?* cum qua javanica convenit:

Habitat in China & Java.

POLYPODIUM (*decussatum*) frondibus bipinnatis, pinnis horizontalibus integerrimis obtusis terminalibus lanceolatis. *Linn. sp. 1555.*

Filix taxi foliis major & minor. *Petiv. filic. 61. 62. t. 2. f. 5. 6.*

Habitat in India.

POLYPODIUM (*spelunca*) foliis supra decompositis pilosis: foliatis lan-

ceolatis pinnatis: pinnis oppositis pinnatifidis. *Linn. sp. 1555. Fl. zeyl. 384.*

Filix zeylanica ramosa denticulata. *Burm. zeyl. 98.*

Filix bermudensis elegans ramosa, pinnis rarioribus profunde dentatis,

speluncæ rupium innascens, cauliculis muscosa lanugine obductis. *Plukn.*

al.n. 155. t. 244. f. 2.

Habitat in Indiis.

POLYPODIUM (*palustre*) fronde pinnata, pinnis lanceolato-ensiformi-

bus integris striatis setaceo-serratis (alternis). *Linn. Fl. zeyl. 200.*

Filix non ramosa altissima palustris, pinnis integris ferratis alternis acutis.

Burm. zeyl. 100. t. 46.

Filix non ramosa, foliis integris ferratis, zeylanica. *Breyn. cent. 188.*

β Filix jamaicensis, pinnatis Fraxini foliis crenatis, apicibus mucronatis.

Plukn. alm. 153. t. 286. f. 3.

Panna-valli. *Rheed. mal. 12. p. 69. t. 35.* Daun-Peekou Javanis.

Habitat in Indiis.

POLYPODIUM (*adianthoides*) fronde bipinnata, pinhis ovatis incisis den-

ticulatis glaberrimis lineatis, inferioribus oppositis superioribus alternis

decurrentibus.

Filix auriculata, ferris bifidis. *Petiv. filic. 69. t. 2. f. 9.*

Filix non ramosa foliis adianthi in modum serrato-dentatis, pinnis alter-

nis in infima parte oppositis. *D. Pryon.*

Habitat in Indiis.



1. *POLYPODIUM spinulosum*.
2. *lineare*.

CRYPTOGAMIA FILICES. 235

POLYPODIUM (*glabrum*) fronde pinnata, pinnis oppositis lanceo latis striatis glabris integerrimis.

Polypodium glabrum javanicum, foliis oblongis Pokke-utan Javanis. *D. Pryan.* *Filix non ramosa*, foliis integris non serratis, zeylanica minor. *Burm. zeyl.* 100. *Breyn cent.* 188.

Habitat in Java, Zeylona.

Sub nomine malaco *Poetetes* ex Java missa fuit varietas: foliis alternis ovato-lanceo latis nigricantibus subtus tomentosis, caule e viridi lanato.

POLYPODIUM (*rostratum*) fronde bipinnata, pinnis alternis horizontalibus, pinnulis lanceolatis obtusis reclinatis lineatis glaberrimis, summis simplicibus.

Filix non ramosa Insulæ Joannæ, pinnulis subrotundis planis & rostratis. *Plukn. mant* 80. t. 399. f. 4.

Filix ramosa, pinnis alternis crassis, inferius profunde dentatis, superius integris. *D. Pryan.*

Habitat in India.

Affinis *Polypodium decussato*, at *pinnae* alternae.

POLYPODIUM (*lineare*) fronde pinnis geminis, pinnulis oppositis, basi *Tab. 67.* dilatatis connatis, linearibus striatis integerrimis. *f. 2.*

Filix fronde ramosa, foliis conjugatis, foliolis pinnatifidis, pinnis linearibus integerrimis coadunatis. *Linn. Fl. zeyl.* 201.

Filix ramosa zeylanica, divisuris integris nostrate angustioribus semel aut bis dissectis. *Burm. zeyl.* 97. Pakoe-hantam Javanis.

Habitat in Java.

Pinnae geminae divergentes, *pinnulae* horizontales exteriore pollicares, interiores ad pinnum divisuram brevissime integerrimæ acutæ.

POLYPODIUM (*simplex*) frondibus simplicibus lanceolatis alternis glabris integerrimis.

Lonchitis amboinica rubra. *Rumph. amb.* 6. p. 70. t. 30. f. 1.

Filix non ramosa, foliis integris alterris ex Java. *D. Kleinb.*

Habitat in Amboina.

ADIANTHUM (*truncatum*) fronde simplici, pinnis alternis triangulari-*cuneiformibus* sublunatis, angulis spinulosis. *Tab. 66.* *f. 4.*

Adianthum indicum, foliis irregulariter triangulis ex Java. *D. Kleinb.*

Habitat in India.

Stipes glaber sulcatus angulosus. *Foliola* alterna triangularia, angulo acutiori frondi accreta, margine inferiori concava superiori gibba, media truncata, angulis superioribus spinulosis, glaberrima, nervo simplici.

ADIANTHUM (*lunulatum*) fronde simplici, pinnis alternis petiolatis lunulatis striatis, margine quinquefido multifloro.

Capillaris malabarica non ramosa, folio rotundo dentato. *Petiv. gazoph.* t. 54. f. 10.

Avenka. *Rheed. mal.* 12. p. 72. t. 40.

Habitat in Malabara & Java, unde missa.

Gg 2

ADIAN-

236 CRYPTOGAMIA FILICES.

ADIANTHUM (*flabellatum*) frondibus decompositis; pinnis alternis rhombeis rotundatis multifloris, stipitibus supra bupescentibus. *Linn.*, *sp. 1557.*

Adianthum chinense perelegans ramosum, folio flabelliformi cum rubedine perfuso. *Plukn. aln. 11. t. 4. f. 3.*

Adianthum coriandri folio ramosum. *Raj. bist. 1853.*

Habitat in China.

ADIANTHUM (*chufanum*) frondibus decompositis, pinnis alternatis pinnatifidis; lobis inaequalibus. *Linn. sp. 1558.* ubi descr.

Habitat in China.

ADIANTHUM (*chinense*) frondibus decompositis, pinnis alternis, pinnulis pinnatifidis, lobis bifidis obtusis.

Adianthum nigrum chinense tenuiter divisum, pinnis minimis obtusis plerumque bifidis. *Plukn. phyt. 10. t. 4. f. 1.* *Raj. bist. 1854.*

Echina; abique nomine in *herb. Petiverii* occurrit.

ADIANTHUM (*denticulatum*) frondibus decompositis, pinnis alternis, lobis inferioribus pinnatifidis, superioribus lanceolatis denticulatis.

Filix mas non ramosa, pinnulis angustis rarioribus profunde dentatis.

Plukn. phyt. 151. t. 180. f. 4.

Filix, foliis alternis denticulatis, superius late viridis & glabra, inferius seu aversa pinnæ parte fusca. *D. Pryn. missa ex Java.*

Javanica differt a *Plukn. figura*: pinnis longioribus, pinna inferiori, quæ ad alam folii, semper pinnatifida, denticulis triangularibus setaceo-spinulosis fructificantibus.

TRICHOMANES (*polypoides*) frondibus lanceolatis pinnatifidis repandis, floribus solitariis terminalibus. *Linn. sp. 1568.* ubi descr.

Habitat in India.

TRICHOMANES (*adiantoides*) frondibus pinnatis: pinnis ensiformibus acuminatis inciso-serratis, serraturis bifidis. *Linn. sp. 1561.*

Filix non ramosa zeylanica, foliis Adianthi in modum serratis. *Burm. zeyl. 97. t. 43.*

Adianthum africanum Rutæ murariæ æmulum, segmentis longioribus acutis. *Plukn. aln. 10. t. 123. f. 6.*

Nella panna-maravara. *Rheed. mal. 12. p. 37. t. 18.*

Habitat in India & Africa.

TRICHOMANES (*chinensis*) frondibus supra decompositis, foliolis pinnisque alternis lanceolatis, pinnis lacinii cuneiformibus. *Linn. sp. 1563.* *Osb. it. 222. t. 6.* ubi descr.

Habitat in China.

TRI.

CRYPTOGAMIA FILICES. 237

TRICHOMANES (*tenuifolia*) frondibus supra decompositis, pinnis inferioribus alternis pinnatifidis, superioribus oppositis, foliis lanceolatis incisis.

Filix pinnis ad radicem alternis denticulatis, *Ruta* æmulis. *D. Pryn.*

B. Dryopteris campestris. *Rumph. amb.* 6. *p. 77.* *t. 34.* *f. 2.*

Dift foliis latioribus & angustioribus.

TRICHOMANES (*nivca*) fronde simplici, pinnis alternis ovato-sinuatis subtus albicantibus.

Trichomanes majus, pinnis sinuatis subtus niveis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t. 34.* *f. 1.*

Habitat in utraque India.

MARSILEA (*quadrifolia*) foliis quaternis. *Linn. sp. 1563.*

Tab. 62.

Denticula palustris quadrifolia. *Baub. pin.* 362. *Mapp. atl. 166.* *t. 166.* *f. 3.*

Lens palustris quadrifolia. *Baub. hist.* 3. *p. 789.* *Mqrif. hist.* 3. *p. 619.* *f. 15.*

t. 4. f. 5.

Habitat in Indiæ & Europæ fossis.

Indica coromandeli collecta sub nomine *warralarei* multo tenerior europæa; petioli pollares capillo humano teneriores. *foliola* quatuor brevissima, *venis* singularibus, *flos* flavus minimus, *fructus* ovatus; quæ vero eodem in loco lecta sub nomine *Nier-raer-rei* cum europæa convenit, & major est, hinc dubitandum, an non pro distinctis speciebus habenda?

M U S C I.

LYCOPODIUM (*nudum*) foliis oppositis, spicis terminalibus, floribus distantibus. *Linn. sp. 1564.* ubi descr.

Lycopoides frutescens, spicis laxis nudis. *Dill. musc.* 168. *t. 64.* *f. 4.*

Muscus frutescens, fructu tricapsulari. *Plum. filic.* 145. *t. 170.* *f. A. A.*

Habitat in Indiis. ~

LYCOPODIUM (*Pblegnaria*) foliis verticillato-quaternis, spicis terminalibus dichotomis. *Linn. sp. 1564.*

Lycopodium erectum dichotomum, foliis cruciatis, spicis gracilioribus. *Dill. musc.* 450. *t. 61.* *f. 5.* *Linn. Fl. zeyl.* 386.

Selago Indiæ orientalis seu *Phlegmaria admirabilis zeylanica.* *Breyn. cent.* 186. *t. 92.* *Burm. zeyl.* 211.

Tana-pouel-paatsja-maravata. *Rheed. mal.* 12. *p. 27.* *t. 14.*

Habitat in Zeylona & Malabara.

LYCOPODIUM (*cernuum*) foliis sparsis curvatis, caule ramosissimo, spicis nutantibus. *Linn. sp. 1566.* *Fl. zeyl.* 387.

Lycopodium frutescens capillaceum crispum, spicis brevibus nutantibus. *Dill. musc.* 456. *t. 63.* *f. 10.*

Lycopodium zeylanicum erectum ramosissimum. *Burm. zeyl.* 144. *t. 66.*

Muscus zeylanicus erectus perpetuo virens in arboris proceritatem excrescens. *Plukn. alm.* 247. *t. 47.* *f. 9.*

Muscus zeylanicus terrestris clavatus erectus. *Morif. hist.* 3. *p. 624.* *f. 15.* *t. 431.* *f. 3.*

Muscus maximus coridis folio, viticulis latis ramosis. *Plum. filic.* 144. t. 65.
Muscus cravatus erectus, crispatis foliis. *Plukn. alm.* 119. t. 431. f. 3.
Bellon Patsia. *Rheed. mal.* 12. p. 73. t. 39. Rane-campang. Javanis.
 Habitat in Indiis.

LYCOPODIUM (*Bryopteris*) foliis sparsis imbricatis, ramulis convolutis.
Linn. sp. 1567.

Lycopodium squamulosum hispidum: extremitatibus convolutis. *Dill. musc.* 472. t. 66. f. 11.

Muscus erectus indicus platyceros filicem referens. *Morif. bist.* 3. p. 628.
 f. 15. t. 7. f. 51.

Muscus filicinus elegans seu Bryopteris. *Plukn. alm.* 247. t. 100. f. 3.
Raj. suppl. 32.

Habitat in India & Cap. B. spei.

LYCOPODIUM (*canaliculatum*) foliis bifariis: superficialibus distichis,
 caule erecto canaliculato. *Linn. sp.* 1568.

Lycopodioides erectum filicinum, pinnulis acaciæ, caule sulcato. *Dill. musc.* 469. t. 65. f. 6.

Muscus denticulatus major ex cerama. *Plukn. amalb.* app. p. ult. t. 453. f. 8.
Cingulum terræ. *Rumph. amb.* 6. p. 87. t. 40. f. 1.

Habitat in Amboina.

LYCOPODIUM (*plumosum*) foliis bifariis patentibus: superficialibus se-
 miovatis ciliatis, surculis erectiusculis, spicis terminalibus tetragonis
 sessilibus. *Linn. sp.* 1568.

Lycopoides dentatum dichotomum rigidum minus. *Dill. musc.* 471. t. 66. f. 10.

Muscus squamosus repens. *Plum. americ.* 36. t. 24. *Filic.* 43.

Planta muscosa & plumosa guijanensis perelegans minor. *Breyn. cent.* 1.
 p. 194. t. 101.

Pakka-kitsjel Javanis. D. *Kleinhof.*

Habitat in Indiis.

LYCOPODIUM (*ornitnopoides*) follis bifariis patentibus: superficialibus
 distichis, surculis repentiibus, spicis sessilibus. *Linn. sp.* 1569. *Fl. zeyl.* 388.

Lycopodium denticulatum minus zeylanicum. *Burm. zeyl.* 144.

Lycopodioides repens, pinnulis ornithopodii. *Dill. musc.* 466. t. 66. f. 1. B.
Muscus Lycopodioides denticulatus scandens repensve, in extremitatibus
ramulorum polyspermos. *Raj. suppl.* 32.

Muscus denticulatus zeylanicus minor. *Herm. zeyl.* 29.

Rane Javanis D. *Pryon.* ubi notatur; Folia vulneribus imponunt incolæ ad
 sanguinem sistendum.

Habitat in Java & Zeylona.

CRYPTOGAMIA ALGÆ. 239

LICHEN (*fuciformis*) foliaceus rectiusculus laevis subtomentosus ramosus, laciinis lanceolatis. *Linn. sp.* 164.

Lichenoides fuciforme tinctorium, corniculis longioribus & acutioribus. *Dill. musc.* 168. *t. 22. f. 61.*

Fucus verrucosus tinctorius lococella *C. Baub. pin.* 365. *J. Baub. b. 3. p. 797.*
Alga cornu cervi divisura. *Baub. pin.* 367.

Habitat in India.

LICHEN (*capillaris*) filamentis setaceis pendulis, ramis circinnatis, scutellis ovatis.

Muscus capillaris. *Rumph. amb.* 6. *p. 89. t. 40. f. 2.*

Muscus cappillaris incanus. *Djamma Javanis. D. Kleinhof.*

Habitat in Amboina & Java dependens ex arboribus.

FUCUS (*natans*) caule tereti ramosissimo, foliis lanceolato-serratis, fructificationibus globosis pedunculatis subaristatis. *Linn. sp.* 1628. *Fl. zeyl.* 389. *Roy. lugdb.* 513.

Fucus folliculaceus, serrato folio. *Baub. pin.* 365.

Sargassum pelagium amboinicum. *Rumph. amb.* 6. *p. 188. t. 76. f. 1.*

Sargazo. *Pif. bras.* 2. *p. 266.*

In Pelago libere natat, ubi mare instar prati herbidi reddit, & vento agitatus adeo compingitur, ut naves in cursu impeditat.

FUCUS (*granulatus*) fronde varicosa, ramis filiformibus rameolosis, vesiculis ovatis nodulosis mucronatis. *Linn. sp.* 1629. ubi deser.

Sargassum littoreum. *Rumph. amb.* 6. *p. 190. t. 76. f. 2.*

Habitat in oceano Indico.

FUCUS (*Tendo*) filiformis simplex tenuissimus subdiaphanus. *Linn. sp.* 1631.

Fucus indicus teres setam piscatoriam referens longissimus. *Pluken. alm.* 160. *t. 184. f. 3.*

Gramen sparteum, setas equinas referens. *Baub. pin.* 5. *prudr. II.*

Habitat in India & China.

ULVA (*javanica*) filiformis, articulis torosioribus, foliis quaternis connatis.

Tremella marina. *Dill. musc.* 46. *t. 10. f. 8.*

Rompot scriboe Ajer; seu sajor codock Javanis *D. Pryon.*

Diftort tantum a citata figura, foliis quaternis linearibus semipollicaribus connatis, geniculis pollicaribus in summitate brevissimis, caule in nos-tris speciminibus vix ramoso.

F U N G I.

BOLETUS (*favus*) acaulis subpulvinatus scaber, setis erectis ramosissimis, poris angulis patulis. *Linn. sp.* 1645.

Habitat in China.

240 PALMÆ FLABELLIFOLIÆ.

BORASSUS (*flabellifer*) frondibus palmatis plicatis cucullatis, stipitibus ferratis. Linn. sp. 1657. Fl. zeyl. 395.

Palma indica Tal & Talghala dicta, fructu carnosò dulci eduli, putamine inclusò. Burm. zeyl. 181.

Palma coccifera, folio plicatili flabelliformi, mas & femina. Raj. bist. 1366.

Ampana. Rheed. mal. 1. p. 13. t. 10.

Carimpana. Rheed. mal. 1. p. 11. t. 9.

Lontarus domestica. Rumph. amb. 1. p. 45. t. 10.

β Palma zeylanica, folio longissimo latissimoque Tala & Talaghas dicta. Burm. zeyl. 181.

Habitat in India.

CORYpha (*umbraculifera*) frondibus pinnato-palmatis plicatis, filo interjectis. Linn. sp. 1657. Fl. zeyl. 394. Roy. lugdb. 4.

Palma montana, folio plicatili flabelliformi maximo, semel tantum frugifera. Raj. bist. p. 1367.

Codda-panna. Rheed. mal. 3. p. 1. t. 1. ad 12.

Saribus. Rumph. amb. 1. p. 42. t. 3.

Habitat in India.

PENNATIFOLIÆ.

CYCAS (*circinalis*) frondibus pinnatis circinalibus, foliolis linearibus planis. Linn. sp. 1658. Fl. zeyl. 393. Roy. lugdb. 5.

Palma farinifera japonica setifera japonensis. Kreyn. prodr. 2. p. 8.

Palma indica, caudice in annulos protuberantes distincto. Raj. bist. 1360.

Arbor Zagoe amboinensis. Seb. thes. 1. p. 39. t. 25. f. 1.

Tessio. Kämpf. jap. 897.

Olus calappoides. Rumph. amb. 1. p. 86. t. 22. 23. ubi plures species, quæ sago incolis præbent, recensentur.

Todda-pana f. Mouta panna. Rheed. mal. 3. p. 9. t. 13. ad 21.

Habitat in India.

COCOS (*nucifera*) frondibus pinnatis; foliolis ensiformibus replicatis. Linn. sp. 1658. Jacq. bist. t. 168. Fl. zeyl. 391. Roy. lugdb. 4.

Palma indica coccifera angulosa. Baub. pin. 508. Burm. zeyl. 182.

Palma indica nucifera. Baub. bist. 1. p. 375.

Calappa. Rumph. amb. 1. p. 1. t. 1. 2.

Tenga. Rheed. mal. 1. p. 1. t. 1. 2. 3. 4.

Habitat in utriusque Indiæ locis paludosis

PALMÆ PENNATIFOLIÆ. 241

PHOENIX (*dactylifera*) frondibus pinnatis: foliolis ensiformibus compli-
catis. *Linn. sp.* 1658. *Fl. zeyl.* 390. *Roy. lugdb.* 5.

Palma major. *Baub. pin.* 506. *Dactylifera* & *Dactylus vulgo.* *Burm. zeyl.* 183.

Palma dactylifera major vulgaris. *Sloan. jam.* 174.

Palma hortensis mas. *Kämpf. amoen.* 688. t. 1. 2. f. 1. 2.

Fæmina. *Kämpf. exot.* 668. 686. t. 1. 2. f. 2. 16. II.

Habitat in Indiis.

ARECA (*catbecu*) frondibus pinnatis: foliolis replicatis oppositis præmor-
fis. *Linn. sp.* 1659. *Fl. zeyl.* 392.

Palma arecifera nucleo versicolore moschatæ simili. *Pluken. alm.* 275. t.
309. f. 4.

Areca s. Faufel, avellana indica versicolor. *Raj. bist.* 1363.

Palma indica minor, fructu Areca dicto, vulgaris. *Burm. zeyl.* 182.

Palma cuius fructus sessilis Faufel dicitur. *Baub. pin.* 510.

Pinanga. *Rumph. amb.* 1. p. 26. t. 4.

Caunga. *Rheed. mal.* 1. p. 9. t. 5. 6. 7. 8.

Pim-lam. *Boym. fl. sinens.* 2.

Habitat in India.

ELATE (*sylvestris*) frondibus pinnatis, foliolis oppositis. *Linn. sp.* 1659.

Palma dactylifera minor humilis sylvestris, fructu minore. *Herm. prodr.* 361.
Burm. zeyl. 183.

Palma sylvestris malabarica, folio acuto, fructu Pini facie. *Raj. bist.* 1364.

Katou indel. *Rheed. mal.* 3. p. 15. t. 22. 23. 24. 25.

Habitat in India.

CARYOTA (*urens*) frondibus bipinnatis, foliolis cuneiformibus oblique
præmoris. *Linn. sp.* 1660. *Fl. zeyl.* 396.

Palma indica vinifera, fructibus urentibus, folio Adianthi, saccharum
præbens. *Herm. zeyl.* 44. *Burm. zeyl.* 180.

Palma indica, folio bicomposito, fructu racemoso. *Raj. bist.* 1365.

Palma dactylifera, fructu acerrimo. *Plum. spec.* 3.

Palma humilis ex insula macassaria Indiæ orientalis nucleo plerumquæ ge-
mello, nucis moschatæ instar versicolore kitul zeylanensis dicta. *Pluken.
alm.* 277.

Seguaster major. *Rumph. amb.* 1. p. 64. t. 14.

Schunda-panna. *Rheed. mal.* 1. p. 15. t. 11.

Habitat in Indiis.

F I N I S.

Hh

E L E N-

ELENCHUS TABULARUM.

T. f.	pag.	T. f.	pag.	T. f.	pag.
1. 1. Boerhavia diandria.	1	2. Convolvulus uniflorus.	47	2. Pedalium murex.	139
2. ——— erecta.	2	3. Ipomoea paniculata.	50	1. Peltaria Garcini.	139
2. Nyctanthes triflora.	2	4. 21*. 1. Porana volubilis.	51	2. Heliophila incana.	140
3. 1. ——— multiflora.	3	5. 2. Apluda aristata.	120	3. Cleome fruticosa.	140
2. Jasminum oblongum.	6	6. 3. Ischænum aristatum.	221	47. 1. Sida persica.	148
3. Azalea rosmarinifolia.	43	22. 1. Solanum guinense.	55	2. Hibiscus panduriformis.	151
4. 1. Justicia chinensis.	8	2. ——— trilobatum.	48. 1. Crotalaria fericea.	156	
2. ——— gangetica.	9	3. ——— trifoliatum.	2. ——— nana.	156	
3. ——— madurensis.	10	23. Embelia Ribes.	62	3. Hibiscus zeylanicus.	153
5. 1. ——— nutans.	24.	24. 1. Vitis trifolia.	63	49. 1. Ononis persica.	157
2. Dianthera hyssopifolia.	11	2. Staphylea indica.	75	2. Pforalea corylifolia.	172
3. Mollugo stricta.	25.	25. 1. Celosia pyramidalis.	65	3. Lotus persicus.	173
4. ——— spargula.	31	2. Saraca arborescens.	85	50. 1. Dolichos trilobus.	160
6. 1. Verbena nodiflora.	12	3. Prosopis spicata.	102	2. Glycine monophyllos.	161
2. ——— javanica.	26.	26. Echites caudata.	68	51. 1. Cytisus persicus.	163
3. Valeriana chinensis.	15	27. 1. ——— adglutinata.	2. Senecio biflorus.	181	
7. 1. Commelina papilionacea.	17	2. Asclepias cordata.	3. Hedyarum spartium.	166	
2. ——— diffusa.	28.	28. 1. Echites nummularia.	69	52. 1. ——— reniforme.	164
3. ——— nervosa.	18	2. Quisqualis glabra.	104	2. ——— triquetrum.	165
4. ——— cristata.	29.	29. 1. Sium Ninsi.	361	3. ——— moniliforme.	168
8. 1. ——— nudicaulis.	17	2. Clauena excavata.	87	53. 1. ——— lineatum.	167
2. Cyperus odoratus.	20	30. 1. Evolvulus emarginatus.	52	2. ——— lagopoides.	168
3. Panicum dimidiatum.	25.	2. ——— hederaceus.	77	54. 1. ——— capitatum.	167
9. 1. Cyperus umbellatus.	21	3. Polygonum chinense.	90	2. ——— stipulaceum.	168
2. Scirpus miliaceus.	22	31. 1. Galenia? asiatica.	88	55. 1. ——— prostratum.	168
3. Saccharum spicatum.	23	2. Polygonum perfoliatum.	90	2. ——— filiforme.	169
4. Eriocaulon sexangulare.	31	3. Zaleja decandra.	110	56. 1. ——— crinitum.	169
10. 1. Panicum sanguinale.	25.	32. 1. Usbis triphylla.	89	1. Hieracium javanicum.	174
2. ——— lineare.	26.	2. Dais octandra.	103	2. Lapsana japonica.	211
3. ——— patens.	26	33. 1. Cassytha corniculata.	93	3. Sicyos Garcini.	211
11. 1. ——— repens.	27	2. Cassia senna.	96	58. 1. Ethulia divaricata.	176
2. Poa malabarica.	27	34. 1. Fagonia indica.	102	2. Eupatorium cordatum.	176
3. ——— chinensis.	24	2. Jussiaea tenella.	103	3. Artemisia minima.	177
12. 1. Panicum hirtellum.	24	35. 1. Limonia trifolia.	104	4. Conyza ivifolia.	180
2. Dactylis lagopoides.	28	2. Quisqualis pubescens.	112	5. ——— lacera.	180
3. ——— geniculatus.	36	36. 1. Glinus lotoides.	113	2. Erigeron Pisonis.	183
13. 1. Spermacoce ocymoides.	34	2. ——— ononides.	123	60. 1. Bupthalmum Garcini.	183
2. Knoxia zeylanica.	34	3. Corchorus javanica.	122	2. Sphaeranthus africanus.	185
3. Pavetta indica.	35	37. 1. Delima sarmentosa.	123	3. Lobelia pumila.	186
14. 1. Oldenlandia tenuifolia.	37	2. Corchorus trilocularis.	126	4. Senecio tenuifolius.	181
2. Borago zeylanica.	41	38. 1. Lavandula multifida.	128	5. ——— coronopifolius.	181
3. Capraria uniflora.	133	2. Moluccella persica.	61. 1. Acalypha hispida.	203	
15. 1. Oldenlandia paniculata.	2.	3. Origan benghalense.	2. ——— spiciflora.	203	
2. ——— repens.	38	39. 1. Rhinanthus indica.	62. 1. Croton tinctorium.	204	
3 & 4. Ammannia baccifera	38	2. Antirrhinum papilion.	2. ——— racemosum.	206	
5. Cometes surattensis.	39	3. Steris aquatica.	73	3. Marsilea coromandelica.	237
16. 1. Heliotropium malabaricum.	40	4. Basella japonica.	132	1. Croton hastatum.	205
2. ——— zeylanicum.	41	5. Gmelina indica.	76	2. Ricinus speciosus.	207
3. Evolvulus tridentatus.	77	40. 1. Ruellia tentaculata.	64. 1. Croton castaneifolium	205	
17. Convolvulus mollis.	44	2. ——— repanda.	2. ——— oblongum.	205	
18. 1. ——— vitifolius.	45	41. 1. Cornutia corymbosa.	134	3. Thuja? javanica.	202
2. Ipomoea sagittifolia.	50	2. Ruellia repens.	132	65. 1. Iresine persica.	212
19. 1. Heliotropium persicum.	41	3. ——— erecta.	2. ——— javanica.	202	
2. Convolvulus angularis.	46	42. 1. ——— persica.	66. 1. Ophioglossum pedatum.	227	
3. ——— sericeus.	3	2. Acanthus ciliaris.	2. Polypod. trapezoides.	233	
4. ——— spinosus.	47	43. 1. Ovidea mitis.	136	3. ——— radicans.	233
20. 1. ——— nervosus.	48	2. Vitex pinnata.	138	4. Adiantum truncatum.	235
2. Ipomoea hepaticæfolia.	50	44. Volkameria alternifolia.	137	1. Polypodium spinulosum.	233
21. 1. Convolvulus gemellus.	46	45. 1. ——— multiflora.	2. ——— lineare.	235	

INDEX GENERUM.

A.

Acalypha.	202
Acanthus.	138. 139
Acer.	221
Achyranthes.	63. 64
Acorus.	84
Acrosticum.	228. 229
Adianthum.	235. 236
Æschynomene.	169. 170
Æsculus.	86
Agrostis.	27
Alcea.	149
Aira.	27
Aldrovanda.	78
Aletris.	83
Allium.	82
Allophylus.	86
Aloe.	83
Alopeurus.	26. 27
Amaranthus.	198. 199. 200
Ammannia.	38
Amaryllis.	81
Amomum.	2
Amygdalus.	117
Anacardium.	100
Andrachne.	21
Andropogon.	218. 219. 220
Annona.	125
Anthemis.	182
Antidesma.	212
Antirrhinum.	131
Apluda.	120
Apocynum.	71
Arachis.	162
Aralia.	78
Areca.	241
Argemone.	19
Aristolochia.	191
Arnica.	182
Artemisia.	77
Arum.	192. 193
Arundo.	30
Asclepias.	71. 72
Aspalathus.	155
Asparagus.	82. 83
Asplenium.	231
Aster.	181
Astragalus.	172
Atragine.	123
Atriplex.	221
Averrhoa.	106
Azalea.	42. 43

B.

Baccharis.	178
Baeckea.	88
Ballota.	126
Banisteria.	106
Barleria.	135. 136
Bafella.	76
Bauhinia.	94
Begonia.	222
Bidens.	175
Bignonia.	131
Bixa.	120
Blechnum.	231
Bobartia.	23
Boerhavia.	3
Boletus.	239
Bombax.	145
Bontia.	138
Borassus.	240
Borago.	41
Brassica.	14
Bromelia.	79
Bryonia.	210
Buchnera.	133
Burmannia.	79
C.	
Cacalia.	175
Cæsalpinia.	99
Galophyllum.	120. 121
Calycanthus.	118
Cambogia.	119
Camella.	153
Canna.	1
Cannabis.	212
Capparis.	118. 119
Capraria.	133
Capiscum.	57. 58
Cardamine.	140
Cardiospermum.	90
Carex.	294
Carica.	215
Carpesium.	178
Carthamus.	174
Caryophyllus.	122
Caryota.	241
Caffia.	95. 96. 97. 98
Caffytha.	92. 93
Ceanothus.	62
Genchrus.	221
Ceropegia.	69. 70
Celosia.	94. 65. 66
Celtis.	218
Cerbera.	66
Chalcas.	104
Chenopodium.	77
Chionanthus.	6
Chironia.	58
Chrysanthemum.	182
Cissus.	35. 36
Citrus.	122
Clausena.	173. 174
Cleome.	87
Clerodendrum.	140. 141. 142
Clutia.	137
Cocos.	217
Coffea.	240
Coix.	52
Coldenia.	294
Cometes.	40
Commelina.	39
Connarus.	144
Convolvulus.	43. 44. 45
	46. 47. 48
Conzya.	178. 179. 180
Corchorus.	123
Cordia.	58
Cornutia.	132
Corrigiola.	75
Corypha.	240
Cotinus.	2
Cotyledon.	106
Craffula.	78
Crateua.	190
Crescentia.	132
Crinum.	81
Crotalaria.	155. 156. 157
Croton.	223. 204. 205. 206
Cucumis.	209
Cucurbita.	209
Cupressus.	202
Curcuma.	2. 3
Cycas.	200
Cyclamen.	42
Cynanchum.	70
Cynometra.	100
Cyperus.	20. 21. 29
Cynosurus.	28. 29
Cytisus.	163

INDEX GENERUM.

D.

Dactylis.	28
Dais.	104
Daphne.	88
Datura.	53
Delima.	122
Dialium.	12
Dianthera.	11
Dianthus.	105
Dillenia.	124
Dioscorea.	213. 214. 215
Dodartia.	133
Dolichos.	158. 159. 160. 161
Dracontium.	193
Drosera.	78

E.

Echites.	68. 69
Ehretia.	59
Elæagnus.	39
Elæocarpus.	121
Elate.	241
Elephantopus.	185
Embelia.	62
Epidendrum.	188. 189. 190
Erigeron.	180
Eriocalon.	30. 31
Ethulia.	176
Eugenia.	114. 115
Evolvulus.	76. 77
Eupatorium.	176
Euphorbia.	110. 111. 112
Exacum.	35
Exoecaria.	211

F.

Fagara.	36
Fagonia.	102
Ferula.	74
Ficus.	225. 226. 227
Flagellaria.	85
Fucus.	239

G.

Galega.	171. 172
Galenia.	88
Garcinia.	96
Gardenia.	67
Gentiana.	73
Gerardia.	131
Gleditsia.	224
Glinus.	112. 113

Gloriosa.	82
Glycine.	161. 162
Gmelina.	132
Gnaphalium.	177
Gomphrena.	72. 73
Gossypium.	150
Gratiola.	11
Grewia.	192
Guettarda.	200
Guilandina.	99. 100

H.

Hedysotis.	32. 33
Hedysarum.	163. 164. 165.
	166. 167. 168. 169
Heliæteres.	192
Heliophila.	140
Heliotropium.	40. 41
Hemerocallis.	84
Hemionitis.	231
Hernandia.	195
Herniaria.	72
Hibiscus.	150. 151
Hieracium.	175
Hippocratea.	163
Holcus.	220
Holosteum.	31
Hottonia.	42
Hugonia.	144
Hydrocotyle.	74
Hypericum.	174

I.

Jambolifera.	87
Jasminum.	5. 6
Jatropha.	206
Iberis.	139
Ilex.	40
Illecebrum.	66
Impatiens.	187
Indigofera.	170. 171
Inula.	182
Ipomæa.	48. 49. 50
Iresine.	212
Ischænum.	221
Isnardia.	39
Jussiaea.	103
Justicia.	7. 8. 9. 10
Ixia.	16
Ixora.	34

K.

Kæmpheria.	3
Kleinhowia.	191
Knoxia.	34

L.

Lagerstroemia.	122
Lagurus.	30
Lapsana.	174
Lathyrus.	162
Lavandula.	136
Laurus.	91. 92
Lawsonia.	88
Leontice.	82
Leonurus.	127
Lepidium.	139
Lichen.	239
Limonia.	102. 103
Liriodendrum.	124
Lobelia.	186
Loranthus.	84
Lotus.	173
Ludwigia.	36. 37
Lupinus.	157
Lycium.	59
Lycopodium.	237. 238
Lythrum.	110

M.

Malva.	148. 149
Mammea.	120
Mangifera.	62
Maranta.	2
Marrubium.	127
Marsilea.	237
Melastoma.	104. 105
Melia.	101
Melochia.	142. 143
Memecylon.	87
Menispernum.	216
Mentha.	126
Menyanthes.	42
Mefua.	121
Michelia.	124
Microcos.	121
Mimosa.	222. 223
Mimusops.	86
Mirabilis.	53
Mollugo.	31. 32
Moluccella.	120
Momordica.	208. 209
Monarda.	12

E. 12

INDEX GENERUM.

Morinda.	52	Phoenix.	241	Rumex.	85
Morus.	198	Phyllanthus.	195. 196	Rumpbia.	16
Mussaenda.	53	Phyllis.	73		
Myrica.	211	Phytalis.	54. 55		
Myrtus.	115. 116	Phytolacca.	18	S.	
		Piper.	13. 14. 15	Saccharum.	23
N.		Pifonia.	224	Sagittaria.	201
		Pistia.	191	Salix.	211
Nama.	73	Plantago.	35	Salvadora.	40
Nardus.	23	Plukenetia.	202	Salvia.	13
Nauclea.	51	Plumbago.	43	Sambucus.	75
Nepenthes.	190	Plumieria.	68	Samolus.	51
Nepeta.	126	Poa.	27. 28	Santalum.	87
Nerium.	67. 68	Poinciana.	89	Sapindus.	91
Nicotiana.	54	Polyanthes.	83	Saraca.	85
Nyctanthes.	4. 5	Polygala.	154	Satureja.	126
Nymphaea.	119. 120	Polygonum.	89. 90	Saururus.	86
		Polyodium.	231. 232. 233	Scabiosa.	32
O.			234. 235	Schoenus.	18. 19
Ochna.	120	Pontederia.	79. 80	Schinus.	215
Ocimum.	129. 130	Portulaca.	110	Scirpus.	21. 22. 23
Olax.	15	Pothos.	193	Scutellaria.	130
Oldenlandia.	37. 38	Porana.	51	Senecio.	180
Olea.	6	Prosopis.	102	Sesamum.	133
Onoclea.	227	Protium.	88	Sesuvium.	117
Ononis.	157	Prunella.	130	Sicyos.	211
Ophioglossum.	227. 228	Psidium.	113. 114	Sida.	145. 146. 147
Ophiorrhiza.	42	Pforalea.	172	Sideroxylon.	59
Ophioxylum.	218	Psychotria.	51. 52	Sigisbeckia.	183
Orchis.	138	Ptelea.	36	Sinapis.	140
Origanum.	128	Pteris.	229. 230	Siphonanthus.	34
Orobanche.	133	Pterocarpus.	102	Silymbrium.	140
Oryza.	85	Funica.	116	Stium.	74
Osbeckia.	86			Smilax.	213
Osmunda.	288	Q.		Solanum.	55. 56. 57
Ovieda.	136	Quercus.	201	Sophora.	93
Oxalis.	107	Quisqualis.	104	Spermacoce.	33. 34
				Sphaeranthus.	185. 186
P.				Staphylæa.	75
				Sterculia.	207
Panax.	225	R.		Steris.	73
Pancratium.	80	Raphanus.	140	Stilago.	16
Panicum.	24	Rhamnus.	60. 61	Stipa.	29
Paspalum.	23	Rheedia.	118	Stratiotes.	124
Pavetta.	35	Rheum.	93	Strychnos.	58
Paulinia.	90	Rhinanthus.	131		
Pedalium.	139	Rhizophora.	108. 109	T.	
Peltaria.	139	Rhus.	74. 75	Tabernamontana.	69
Pentapetes.	144. 145	Ricinus.	207	Tagetes.	182
Periploca.	70	Robinia.	163	Tamarindus.	15
Pharnaceum.	76	Rondeletia.	51	Taxus.	216
Phaseolus.	157. 158	Rosa.	117	Thea.	122
Phlomis.	128	Rubus.	117. 118	Theligonum.	201
		Ruellia.	134. 135	Thuja.	201. 202
				Thy-	

I N D E X / G E N E R U M.

Thymus.	129	U.	Viola.	185
Tomex.	36	Ulva.	Viscum.	211
Torenia.	131	Uniola.	Vitex.	137. 138
Tradescantia.	79	Urena.	Vitis.	62. 63
Tragia.	194. 195	Urtica.	Volkameria.	136. 137
Trapa.	39	Usubis.		
Trevia.	198	Utricularia.		
Tribulus.	202	Uvaria..	W.	
Trichomanes.	236. 237		Waltheria.	142
Trichosanthes.	207. 208	V.	X.	
Trifolium.	172	Valeriana.	Xanthium.	198
Trigonella.	173	Vallaris.	Xyris.	18
Tripsacum.	194	Vateria.	Z.	
Triumfetta.	109. 110	Verbena.	Zanonia.	212
Tropaeolum.	86	Verbelina.	Zanthoxylum.	212



INDEX SYNONYMORUM.

A.

<i>ABCDaria.</i>	183	<i>Alfine.</i>	11, 31, 32, 38, 39,	<i>Anomala,</i>	73, 188
<i>Abrus.</i>	161		73, 76, 77, 112, 113,	<i>Anona.</i>	109, 125
<i>Abfinthium.</i>	72, 177		133, 134, 154	<i>Anonis.</i>	156, 157
<i>Absus.</i>	95	— <i>affinis.</i>	133	<i>Anonymous.</i>	33, 38
<i>Abutilon.</i>	147, 148	— <i>facie.</i>	201	<i>Ansjeli maravara.</i>	190
<i>Acacia.</i>	98, 99, 100, 222,	— <i>folia.</i>	33	<i>Anthanisophyllum.</i>	3
	223, 224	<i>Althaea.</i>	143, 146, 147, 148	<i>Anthyllis.</i>	32
<i>Acaciæ cognatus.</i>	61		149, 150, 151, 153	<i>Anticholerica.</i>	93
<i>Acajou.</i>	100	<i>Alty-alu.</i>	226	<i>Antsjaca.</i>	225
<i>Acalypha.</i>	194, 203	<i>Alyffum.</i>	139	<i>Antirrhinum.</i>	37
<i>Acanthus.</i>	135	<i>Amalago.</i>	14	<i>Antralia-mocgr.</i>	136
<i>Acara-puda.</i>	78	<i>Amaria.</i>	38	<i>Aphyllos.</i>	11, 133
<i>Acatsja-valli.</i>	92	<i>Amæna-mæsta.</i>	98	<i>Apioscordon.</i>	109
<i>Acer.</i>	105, 221	<i>Amava indica.</i>	208	<i>Appla.</i>	220
<i>Aceri affinis.</i>	36	<i>Amarantho-affinis.</i>	72	<i>Appa-appa-besaer.</i>	166
<i>Aceris fructu.</i>	222	<i>Amaranthoides.</i>	29, 66, 186	<i>Appendix.</i>	193
<i>acetosa.</i>	85, 90	<i>Amaranthus.</i>	63, 64, 65, 66	<i>Apocynum.</i>	67, 68, 69, 70
<i>Achyranthes.</i>	66		72, 198, 199		71, 72
<i>Acinella.</i>	183		200, 203, 212	<i>Aquifolij facie.</i>	138
<i>Acorum.</i>	84	<i>Ambel.</i>	119	<i>Aquifolium.</i>	138
<i>Adaca-manjen.</i>	185	<i>Ameri.</i>	170	<i>Araca puda.</i>	78
<i>Adamboe.</i>	49	<i>Amica-nocturna.</i>	83	<i>Arachidna.</i>	162
<i>Adelodagam.</i>	10	<i>Amomum.</i>	2	<i>Areca.</i>	241
<i>Adenanthera.</i>	100, 101	<i>Ampana.</i>	240	<i>Arbor alba.</i>	116
<i>Adhatoda.</i>	7, 8, 9, 40, 134	<i>Amygdalo-affinis.</i>	122	— <i>Afra.</i>	160, 120
	135, 139	<i>Amygdalus.</i>	117	— <i>Aristolochia folio.</i>	216
<i>Adianthum.</i>	227, 228, 232	<i>Anacardium.</i>	109, 138	— <i>camphorifera.</i>	92
	235, 236	<i>Ana-caluppa.</i>	12	— <i>champacca.</i>	144
<i>Adjeran-utan.</i>	175	<i>Argallis.</i>	73, 135	— <i>conchyliorum.</i>	225
<i>Admirabilis.</i>	53	<i>Anagyris.</i>	163	— <i>conifera.</i>	52
<i>Egilops.</i>	218	<i>Ananas.</i>	79	— <i>diyi Thomæ.</i>	94
<i>Egoceratos.</i>	144	<i>Ananassa.</i>	79	— <i>excæcaris.</i>	211
<i>Eischynomene.</i>	169, 170	<i>Ana-coluppa.</i>	12	— <i>ferrea.</i>	121
<i>Agaty.</i>	169	<i>Ana-parua.</i>	193	— <i>florifera.</i>	86
<i>Agave.</i>	84	<i>Ana-schovadi.</i>	185	— <i>Fraxinifolio.</i>	101
<i>Agrimonia.</i>	110	<i>Ana-schunda.</i>	56	<i>Ghæduba.</i>	218
<i>Agrimonia congener.</i>	105	<i>Ana-veela.</i>	141	<i>Javanica.</i>	121
<i>Akara-patsjoti.</i>	121	<i>Anantali-maravara.</i>	189	<i>Indica.</i>	7, 34, 51, 53
<i>Alcanna.</i>	88	<i>Auasa tamara.</i>	191		501, 519, 120, 121
<i>Alcea.</i>	110, 123, 142, 143	<i>Anchusæ-degener.</i>	41		138, 212, 222
	144, 147, 148, 149	<i>Auchafa.</i>	135	<i>kauki.</i>	86
	150, 151, 152, 153	<i>Angiopteris.</i>	227	<i>lactaria.</i>	67
<i>Alga.</i>	239	<i>Angiacum.</i>	189, 190	<i>malabarica.</i>	35, 36, 121
<i>Alchimillæ affinis.</i>	40	<i>Angurek-cambang.</i>	188	<i>mexicana.</i>	223
<i>Albenna.</i>	88	— <i>poeti.</i>	189	<i>ovigera.</i>	195
<i>Alkekengi.</i>	54, 55	— <i>utan.</i>	189	<i>Platani folio.</i>	215
<i>Allor-daua.</i>	221	— <i>wanna.</i>	188	<i>procera.</i>	120
<i>Allium.</i>	80, 82	<i>Anguina.</i>	207	— <i>regis.</i>	195
<i>Aloë.</i>	83, 84	<i>Anguria.</i>	209	<i>filiqua.</i>	132
<i>Alopecuro-veronica.</i>	126	<i>Anil.</i>	170	<i>stercoraria.</i>	15
<i>Alopesurus.</i>	23	<i>Anisifolium.</i>	102	<i>trifolia.</i>	144
<i>Alpilia.</i>	2	<i>Ankonda.</i>	115	<i>trifitis.</i>	4
				<i>Ar.</i>	

INDEX SYNONYMOGRAPHIC.

Arbor Zagoe.	240	Balsamina.	187. 208	Bolontas.	178
— Zeylanica.	6. 7. 86. 115 137. 204. 225	Bancalus.	• 51	Bomban.	145
Arbuscula.	36. 101. 105. 118	Bancodus.	• 52	Bonga penjatör.	136
— Zeylanica.	166	Bandura.	190	— tajing-latur.	86
Arealu.	225	Baniream.	• 157	Bon pometang.	123
Aria Bepou.	101	Bara-Mareka.	160	Bontia.	138
— Veela.	141	Barba-Jovis.	172	Boraginoides.	41
Arifaruim.	193	Bartramia.	169	Botra-pomtang.	143
Armeniacá.	117	Basella.	• 76	Bourreria.	59
Aro congener.	193	Basilicum.	• 129	Brassica.	192
Aro-orchis.	3	Batatta.	44. 213. 214	Breynia.	119
Artemisia.	177	Batti schorigeram.	197	Brunella.	130
Arum.	192. 193	Bauhinia.	• 94	Brunswigia.	81
Arundinetfa.	85	Beetla-codi.	• 14	Bryonia.	36
Arundo.	1. 23. 30. 84. 219	Beidel-ossar.	• 71	Buglossum.	9
Afaria.	74. 131	Belilla.	• 53	Bungum.	10
Afarinae folio.	131	Belloti-patsja.	238	Bunius.	16
Asclepias.	70. 71. 72	Bellusta adeca-maujen.	64	Bupariti.	150
Asparagus.	82	— aureli.	67	Buphtalmum.	183
Asperifolia.	9	Belutta pola taly.	81	Butonica.	114. 115
